


NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI

&

SEPTENTRIONIS,

edita

M DC XCVIII.



LVBECAE,

Apud Petrum Böckmannum, Bibliopolam.

Typis Christoph. Gothofr. Venatoris.

Ad. 42, 283.



NOVORVM LITERARIORVM

COLLECTORES

L. S.

Post tot ac tantos Ephemeridum sive Diariorum Eruditorum apparatus, qui ubi vis ferè locorum prodeunt, & variis passim nominibus insigniti, quid in re publica literaria sit præstitum, Latino, Italico, Gallico, Germanico, Anglico, Belgico sermone nobis nunciant, super vacaneum fortè videri posset, de pluribus id genus libris cogitare velle, immò durum atque improbum, orbi dudum isthac mole laboranti novas velle molestias creare, quem potius aliqua parte sublevare multò foret æquius. At alia nobis est, eritque omnibus, hæc nostra paulò attentius considerantibus, sententia. In illis enim, quæ diximus, hominum eruditorum diariis, licet ea satis diligenter afferantur, quæ vel apud externos cultioris Europæ populos, vel in superiori Germania iis vicina (nataliq; plurimarum ejusmodi ephemeridum solo) accidunt; parçè tamen admodum, satisq; infrequenter ea recenseri videas, quæ ad remotiora hæc Balthici maris littora, & in amplissimis, quæ hinc propè absunt, regnis Borealibus geruntur. Nec mirum, si attendas, quam rara nobis plerumque, præter quæstuosæ mercatorum negotia, commercia literaria cum exteris intercedant, unde vix aliter fieri potest, quàm quod ipsis nostræ difficulter innotescant studia, potiorq; horum pars (cum magno rei literariæ detrimento) illos lateat, quorum maxime interest, ea perspecta habere atque cognita.

Cum igitur hac nostra Imperialis libera LVBECA, egregio supremi Numinis beneficio, tam aptè posita sit, ut illuc, quasi ad commune quoddam navalium negotiorum centrum, omnia ea tendant atque perferantur, quæ toto mari Balthico, & (quem illud alluit) Septentrione contingunt, adeoq; NOVA hujus tractus LITERARIA vix ulibi terrarum aut facilius uberiusq; possint colligi, aut aliis etiam commodius & rectius imperiri; Nos universa eruditorum reipublicæ rem nec ingratam nec inutilem facturos arbitrati sumus, si qualemcunque nostram operam NOVIS ejusmodi LITERARIIS, tam conquirendis, quàm divulgandis, impenderemus. Collatis itaq; consiliis ac operis, laborem hunc in nos suscepimus, & quidem ea ratione exequendum, ut instituto quasi literario itinere, per vicinum nobis Ducatum Mecklenburgicum, in Pomeraniam, Prusiam & Livoniam tendamus, datisq; inde in oppositam Sueciam Daniamq; velis, per Slesvicensem Ducatum & Holsatiam re versi, industrio calamo notemus, quicquid nobis in his terris, quoad nova eruditorum nomina, officia, vocationes, translocationes, lectiones, disputationes, orationes, scripta nuper edita aut etiam edenda, apparatus bibliothecarios, nummarios, curiosos, observationes, inventa, certamina cum adversariis, funera deniq; & singularia, observare licuit. Quæ licet breviter & succinctè tradenda sint, insignem tamen usum suum habitura, nec minùs curiosos plurimorum animos delectatura esse, confidimus.

NOVA

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis Ianuarii M DC XCVIII.

WISMARIAE

Ioannes Gröningius, Wismariensis, I. V. D. tractatum, quem jam an. 1693. ἀνωρύτως evulgaverat, præfixo nuper nomine & discursu apologetico adjecto, edidit, cui titulus:

Ioannis Gröningii D. Navigatio libera, qua quid Iuris Pacatis ad belligerantium commercia competit, ex certis atque immotis Iuris Gentium principiis deducitur: discussis simul celeberrimi viri Hugonis Grotii, aliorumve dissentientium argumentis.

Lubecæ, ap. Petr. Böckmannum, 1698. in 12. plag. 8.

Hujus libri cap. 1. asseritur, Iure Gentium Mercaturam introductam, eamve esse inter quosvis liberam. Cap. 2. Licere Iure Gentium neutri parti addicto cum belligerantibus commercia exercere. Cap. 3. Anglos & Batavos non posse prohibere Svecorum ac Danorum cum Gallis commercia ex titulo domini maritimi. Cap. 4. Anglos & Batavos non posse prohibere Svec. ac Dan. commercia ex capite iniusti belli a Gallis illati. Cap. 5. Anglos & Batavos non posse inhibere Svec. ac Dan. cum Gallis negotia ex capite foederis cum illis initi. Cap. 6. Anglos & Batavos non posse inhibere Svec. ac Dan. cum Gallis commercia ex Iure Gentium. Cap. 7. Anglos & Batavos non posse sufflaminare Svec. ac Dan. commercia ex capite innoxiae utilitatis, aut ex prætextu læsionis. Cap. 8. Nulla æquitate ac ratione niti Anglos & Batavos, prohibendo Svec. ac Dan. merces ad Gallos deferre. Cap. 9. Anglos & Batavos vi pacti conventi esse obstrictos ad permittenda Svec. ac Dan. cum Gallis commercia. Cap. 10. Integrum non esse Anglis & Batavis, merces Svec. ac Dan. per vim interciperi, præter casum, si locus ab iis obsidione cinctus. Cap. 11. Licere Serenissimis Regibus Sveciæ &

Cum igitur hac nostra Imperialis libera LVBECA, egregio supremi Numinis beneficio, tam aptè posita sit, ut illuc, quasi ad commune quoddam navalium negotiorum centrum, omnia ea tendant atque perferantur, quæ toto mari Balthico, & (quem illud alluit) Septentrione contingunt, adcoq; NOVA hujus tractûs LITERARIA vix ullibi terrarum aut facilius uberiusq; possint colligi, aut aliis etiam commodius & rectius impertiri; Nos universa eruditorum reipublicæ rem nec ingratham nec inutilem facturos arbitrati sumus, si qualemcunque nostram operam NOVIS ejusmodi LITERARIIS, tam conqui- rendis, quàm divulgandis, impenderemus. Collatis itaq; consiliis ac operis, laborem hunc in nos suscepimus, & quidem ea ratione exequendum, ut instituto quasi literario itinere, per vicinum nobis Ducatum Mecklenburgicum, in Pomeraniam, Prusiam & Livoniam tendamus, datisq; inde in oppositam Sveciam Daniamq; velis, per Slesvicensem Ducatum & Holsatiam reversi, industrio calamo notemus, quicquid nobis in his terris, quoad nova eruditorum nomina, officia, vocationes, translocationes, lectiones, disputationes, orationes, scripta nuper edita aut etiam edenda, apparatus bibliothecarios, nummarios, curiosos, observationes, inventa, certamina cum adversariis, funera deniq; & singularia, observare licuit. Quæ licet breviter & succinctè tradenda sint, insignem tamen usum suum habitura, nec minùs curiosos plurimorum animos delectatura esse, confidimus.

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis Ianuarii M DC XCVIII.

WISMARIAE

Ioannes Gröningius, Wismariensis, I. V. D. tractatum, quem jam an. 1693. ἀνατύποις evulgaverat, praefixo nuper nomine & discursu apologetico adjecto, edidit, cui titulus:

Ioannis Gröningii D. Navigatio libera, qua quid Iuris Pacatis ad belligerantium commercia competit, ex certis atque immotis Iuris Gentium principiis deducitur: discussis simul celeberrimi viri Hugonis Grotii, aliorumque dissentientium argumentis.

Lubeca, ap. Petr. Böckmannum, 1698. in 12. plag. 8.

Hujus libri cap. 1. asseritur, Iure Gentium Mercaturam introductam, eamve esse inter quosvis liberam. Cap. 2. Licere Iure Gentium neutri parti addicto cum belligerantibus commercia exercere. Cap. 3. Anglos & Batavos non posse prohibere Svecorum ac Danorum cum Gallis commercia ex titulo dominii maritimi. Cap. 4. Anglos & Batavos non posse prohibere Svec. ac Dan. commercia ex capite iniusti belli a Gallis illati. Cap. 5. Anglos & Batavos non posse inhibere Svec. ac Dan. cum Gallis negotia ex capite foederis cum illis initi. Cap. 6. Anglos & Batavos non posse inhibere Svec. ac Dan. cum Gallis commercia ex Iure Gentium. Cap. 7. Anglos & Batavos non posse sufflaminare Svec. ac Dan. commercia ex capite innoxiae utilitatis, aut ex praetextu laesionis. Cap. 8. Nulla aequitate ac ratione niti Anglos & Batavos, prohibendo Svec. ac Dan. merces ad Gallos deferre. Cap. 9. Anglos & Batavos vi pacti conventi esse obstrictos ad permittenda Svec. ac Dan. cum Gallis commercia. Cap. 10. Integrum non esse Anglis & Batavis, merces Svec. ac Dan. per vim intercipere, praeter casum, si locus ab iis obsidione cinctus. Cap. 11. Licere Serenissimis Regibus Sveciae &

Daniæ, propter damnum subditis a piratis illatum, repressaliis uti, & negatum jus commercii armis asserere. Occasione hujus libri auctor adversarium nactus est Illustrissimum *Pufendorffium*, cui tamen epistola (novæ huic editioni addita) satisfacit; postea alii occultè quasi ex insidiis insurrexerunt, quos Discursu apologetico perstrinxit. Idem alia hæctenus ingenii monumenta typis mandavit, qualia sunt:

Dissertatio Juris publici de jure electionis Regis Romanorum vivente Imperatore, Gröningæ 1690. in 4.

Harmonia supremorum in Imperio Iudiciorum, 1692. in 8.

Menrsii Eleusinia, Ariopagus, &c. novo augmine. Amstelodami, in 4. Brevi etiam ab eo plura expectanda sunt, ut:

Historia expeditionis Britannica, occasione numismatis, libri 3.

Historia Cycloïdæ, contra Pascalinum insignem Gallia Mathematicum scripta.

Tractatus Juris publici de jure Principum, vulgò *Sürsten-Recht*.

Tractatus Juris publ. de Comitibus Imperii Germanici.

Dissertatio de causis corruptæ Jurisprudentiæ, & eruditione veri Jurisconsulti.

Consultatio de remediis abbreviandarum litium.

Proæromus Jurisprudentiæ universali, seu de jure Naturæ & Gentium libri 4.

Bazii inventarium historiæ Ecclesiasticæ Sveciæ, cum supplemento.

Ottonis de Guericke Experimenta Magdeburgica de spatio vacuo, novis experimentis aucta.

ROSTOCHII

Johannes Nicolaus Qvistorpius, SS. Theol. D. & Prof. P. Pastor ad D. Nic. & R. Ministerii Director, *B. Ioh. Georgii Dorschei*, Profess. Theol. in Acad. Rost. quondam primarii, *Ζητήματα in Epistolas I. & II. D. Iohannis, Apostoli I.C.* octo disputationibus superiori anno 1697. publicè proposuit, respondentibus quatuor Theologiæ Candidatis, *M. Henrico Siveriz*, Gedan. *Sigismundo Langen*, Gedan. *Ioh. Sigismundo Bræstedt*, Vratislav. & *Ioh. Georgio Bauer*, Gedan. (20. plag. in 4.). In præfatione D. Qvistorpius ex Programme funebri, a B. Parente ipsius scripto Memoriam

am B. Dorschei (an. 1597. d. 13. Nov. Argentorati nati, & an. 1659. d. 25. Dec. Rostochii defuncti). repetit, docetque qva ratione manuscriptus hic in priores duas S. Iohannis Epistolas commentarius ad ipsum pervenerit. Qvi licet ob nonnullas dubitandirationes B. Dorscheo haud satis certò adscribendus videatur, ex aliis tamen gravioribus Editoris rationibus tam diu pro Dorscheano opere habebitur, qvam aliquis ipsum certiora ex argumentis certioribus docuerit.

Iohannes Barnstorffius, I. V. D. & Consistorii Ducalis haetenus Advocatus, ad publicam *Institutionum Imperialium* Professionem (qvam *Iacobus Lembke*, I. V. D. & Antecessor, nec non Reip. Patriæ Rostoch. Consul, obitu suo vacuam reliquerat) Amplissimi Senatûs Rostochiensis auctoritate vocatus, munus hoc. d. 7. Decemb. superioris anni 1697. habita Oratione solenni, *de necessaria Praxeos cum Theoria conjunctione*, auspicatus est.

Pari modo *M. Petrus Becker*, Rostochiensis, B. Parenti *M. Hermanno Becker*, Mathes. Professori P. & Pastori ad D. Iac. optimè merito, Senatûs Patrii decreto in publica *inferiorum Mathematicarum* Professione successurus, die 9. Dec. superioris anni 1697. Orationem inauguralem, *de Mathesi falsò & meritò suspecta*, in Auditoriò majori habuit.

Die 15. Dec. superioris anni 1697. sub præsidio *Iohannis Klein*, I. V. D. & Prof. Pand. P. nec non Consistorii Mecklenb. Directoris, *de Mitigatione pœnarum favore Matrimonii contracti*, von gelinder Bestrafung zu Ehren dem H. Ehestand/ disputavit *Hans Hinrich von Gallern*. (7½. plag. in 4.) Similis ferè argumenti disputationem *de favore matrimonii in mitigandis pœnis*, sub eòdem Præside, jam an. 1696. habuit *Augustus Magnus Fechtin*, (*Iohannis Fechtii*, SS. Theol. D. & Prof. Rostochiensis, filius); Sed ea de favore matrimonii demum *contrahendi* egit, hæc verò matrimonii jam *contracti* favorem, ut impulsivam mitigandæ pœnæ causam, considerat. Interalia p. 12. fqq. notabile Responsum Facultatis Juridicæ Francofurt. ad Viadrum, an. 1696. d. 3. Apr. datum, extat, quo vexatissima qvæstio, *an liceat defunctæ uxoris sororem ducere*, affirmativè deciditur, statuendo, prohibitionem talis conjugii tantum juris

juris positivi esse, & Magistratum in hoc casu dispensare posse, si libuerit, &c.

Iacobus Henricus Zerneke, Thorun. Borussus, a toga ad pallium, sive a legibus sacris ad civiles revocatus, adeoque Academiae & studio Theologico valedicturus, sub Præsidio *Iohannis Fecbtii*, SS. Theol. D. & Prof. P. Consistorii Ducalis Mecklenb. Assessoris, ac Districtus Rostochiensis Superintendentis, d. 29. Decemb. superioris anni 1697. disputavit *de statu Infantium, a Gentilibus progenitorum, cum in infantia decedunt.* (8 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.)

Controversiam novissimam inter Dn. *Jurieu* & Dn. *Bayle* nuper in Belgio agitatum, an *Atheismus necessario ducat ad corruptionem morum*, Præside *M. Zacharia Grapio*, Rostochiensis, SS. Theol. Baccalaureo, mense Decemb. superioris anni 1697. ventilavit *Abrahamus Henricus Grosse*, Lipsiensis, Philos. Baccalaureus, & I. V. C. (3. plag. in 4.)

GRYPHISWALDIAE

Conradus Tiburtius Rango, SS. Theol. D. & Prof. P. Primarius, Consistorii Regii Praeses, Ducatus Pomeraniae Occidentalis & Principatus Rugiae Superintendens Generalis, Musæum suum, variis naturæ, artis ac antiquitatis opibus egregie instructum, curiosis aliorum oculis animisque referaturus, a luculento divitiarum regni Mineralis indice initium fecit; cui titulus:

Der Rangonischen Naturalien-Kammer Schönbergisches Cabinet/ darin 336. Stück/ meist Meißnische/ auch einige andere Mineralien/ Metallen/ Stöße/ Erden/ Steine/ &c. zu sehen/ in diesem Catalogo erzehlet/ und etnigen Theils in Anmerkungen erkläret seyn/ i. e.

Musæi Rangoniani scrinium Schönbergicum, quo 336. portiones metallica, terrea, lapidea, &c. plurimum Misnica aliæq. continentur ac catalogo hoc enumerata annotationibus additis explicantur. (7. plag. in fol.)

In limine hujus operis Rever. auctor eximiam Viri Generosi, *Abrahami a Schönberg*, Potentiss. Electoris Saxon. Præfecti metallici, mu-

munificentiam laudat, cujus dono an. 1689. mense Apr. ad ipsum (tū temporis adhuc Sedini Pastoris Nicolaitani munere fungentem) amplissimus iste Misnicorum aliorumque Mineralium thesaurus pervenit; quem proinde novus possessor nequaquam abscondendum ratus, in laudem potius, gratamque donatoris memoriam, ipsiusmet verbis accuratè consignatum, adjectisque brevibus hinc inde notis, e scriptoribus merallicis aliisque depromtis, illustratum, cum orbe erudito communicare voluit. Eundem verò curiosum Virum hāc meritò occasione publicè rogamus, ut reliqua Musèi sui cimelia, (teste MS. nobis viso) doctè atque eleganter describi cœpta, brevi lucem adspicere, ac animos talium rariorum cupidos satiare patiatur.

Die 25. Nov. superioris anni 1697. *Christianus Saalbach*, Eloqventiæ & Poët. Prof. P. nec non Facultatis Philosophicæ Decanus, in auditorio majori, nomine Vniversitatis, Augustis Manibus Beati gloriosæ memoriæ CAROLI XI. Sveciæ Regis, solenni Oratione panegyrica parentavit: Quod etiam d. 16. Decemb. fecit *Iohannes Gerdesius*, Med. D. & Prof. P. ac Facultatis suæ Decanus. Utraque Oratio typis exscribetur.

Die 10. Dec. Exercitationem Juridicam de *præcipuis Feloniæ speciebus*, præside *Petro Mascovio*, I. V. D. ac Prof. P. Consistorii Regii Directore, & Facultatis Iuridicæ Seniore, publico eruditorum examini commisit *Petrus Corswant*, Gryphisvald. Pomeranus. (5. plag. in 4.)

M. Brandanus Henricus Gebhardi, Lingvæ S. Prof. P. *Apocalypseos in Paraphrasin collectæ*, brevibusque notis illustratæ partem posteriorem, tres pericopas seu II. Capita posteriora continentem, d. 19. Dec. superioris anni 1697. publico examini subiecit, Respondente *Ioanne Evervino Everding*, Sedino-Pomerano. (5. plag. in 4.) Prior hujus Paraphrasis pars, duas pericopas seu II. priora capita continens, d. 14. Octob. ejusdem anni jam proposita fuerat, Respondente *Eberhardo Sodemann*, Loizens. Pomerano. (5½. plag. in 4.) Quam præcesserat *Isagoge in Apocalypsin*, an. 1696, d. 3. Decemb. defensa a *Balth. Ioh. Flothmanno*, Vnna-Westphalo. (6. plag. in 4.)

Gottſelig *Jacobus Colberg*, Colberga-Pomeranus, ſub præſidio *Petri Maſcovii*, Icti, Anteceſſoris, & Conſiſtorii Regii Directoris, nec non Facultatis Iuridicæ Senioris & Decani, d. 21. Dec. 1697. Diſputationem Iuridicam Inauguralem habuit *de Damno voluntario ex Imperitia*, (3. plag. in 4.) Natus eſt hic Candidatus an. 1668. d. 7. Ianuar. Patre *Iohanne Colbergio*, SS. Theol. D. (& tum temporis Paſtore Colbergenſi, deinde verò Professore & Paſtore Gryphiſvvaldenſi) ac Gryphiſvvaldiæ, Ienæ & Erffurti literis imbutus, an. 1695. ordini Advocatorum Dicasterii Electoralis Brandenburgici per ulteriorem Pomeraniam adſcriptus eſt.

GEDANI

Die 12. Dec. ſuperioris anni 1697. in Athenævum introductus eſt *Johannes Godofredus a Dieſſeldorff*, Gedanenſis, I. V. D. & Cæſarei Palatii Comes, ex Academia Lipſienſi in Patriam revocatus, ad obeundam Profeſſionem publicam *Iurii & Hiſtoriarum* nec non Athenæi Inſpectionem. Orationem inauguralem habuit Athenæi Rector, *Samuel Schelgwigius*, SS. Theol. D. & Prof. P. atqve ad SS. Trin. Paſtor, *de Ottone Magno, ex M. Witechindi, quem Auguſtus II. Poloniarum Rex auctorem generis habuit, proſapia oriundo, Romanorum Imperatore*. Ipſe novellus Profeſſor *de ſimulato Iuris ſtudio* peroravit.

Ibidem die 27. Decembris *tertia pars Pietiſmi Sectarii*, a D. *Samuele Schelgwigio* conſcripti, & Hamburgi excuſi, comparuit. Qvemadmodum *prima* hujus libri pars, an. 1696. vulgata, articulos de ruina Eccleſiæ, de Reformatione, de Miniſterio, de Regimine Eccleſiaſtico, de Academiis, & Profeſſoribus, Diſputationibus, Honorum gradibus, &c. de Philoſophia profanisqve ſtudiis, de Sacerdotio Spirituali, deque Collegiis (ut vocantur) Pietatis complexa fuit; & *ſecunda* pars, verno tempore anni 1697. publicata, articulos de Libertiniſmo, de Libris dogmaticis Evangelicæ Eccleſiæ, de Chiliaſmo, de S. Scriptura, atqve hinc reſultante illuminatione, deque Enthufiaſmo; ita hæc *tertia* pars articulos de Lege & Evangelio, de Fide & Operibus, de Juſtificatione & Sanctificatione, de Pœniten-

nitentia & Confessione, atque Adiaphoris exhibet.

Ultima denique Decembris anniue superioris die Gedani obiit *Iohannes Nixdorff*, ICtus, & S. R. M. Polon. Secretarius, cum annum alterum supra septuagesimum complevisset, natus quippe an. 1625. d. 2. Ianuarii, Vir doctus & Iuris peritissimus, cui sequentes Ingenii foetus debentur:

Analysis & Synopsis Institutionum Imperialium, Dantisci, 1652. in 12.

Compendium Progressus Iudicii Polonia Prussiaque Regalis, cui accessit Iudicium Polon. Tribunalitium, Dantisci, 1655. in 12.

Opuscula Juridico-Practica, Regnum Polonia terrasque Prussia Regalis concernentia, Dantisci, 1685.

R I G A E

M. Iohannes Vppendorffius, Gymnasii Regii Rigensis Rector, post editum haftenus, & recusum an. 1696. *Schematicum Geographicum*, in usum studiosæ juventutis parat librum Chronologicum, cui titulum facturus est:

Sciographia Chronologico-Historica, Ecclesiar. & N. T. & 4. Monarchiarum, in iisdem origines & successiones, speciatim Iudaicae, Polissiae, & Genealogia Christi, Pontificum V. T. Sinesium, Aegyptiorum, Assyriorum, Aethiopum, Persarum, Turcarum, Græcorum, Sicyoniorum, Argivorum, Mycenarum, Atheniensium, Romanorum, Regg. Coss. Imperator. Episcoporum & Pontificum, Item Italia Principum recentiorum, Hispania, Portugallia, Anglia, Scotia, Francorum s. Gallis, Svecia, Dania, Polonia, Electorum quorumvis, Germaniae Ducum principum, Magistrorum Ord. Tenion. & Provincial. Pruss. & Livonia, Magnorum Russia Principum, &c. Archiepiscoporum Bremensium, Episcoporum Lubecensium, Archiep. Upsal. Patrum & Scriptorum, Doctorum Eccles. orthodoxorum, virorum in literatura quacunque eminentiorum, Hæreticorum & Schismaticorum, Conciliorum, Academiarum, Memorabil. Insignior. Rituum & Ordin. Sac. & Equestris, et alia, recensio succincta, secundum calculum VVatmutianum, per millenarios, secula & decades, singulis paginis respondentes, proponens, ab ipsis mundi conditi primordiis ad nostra inque tempora; adjecto indice ad paginas & decades relato adornata, in fol.
Iohannes Knoll, Lycæi Regii Rigensis Corrector, d. 25. Novemb.

anni superioris 1697. in funere CAROLI XI Svecorum Regis Orationem Parentalem habuit.

V P S A L I A E

Propediem prælo liberabitur *Olavi Rudbeckii Atlantica pars tertia*, in fol. *Prima* hujus libri pars jam an. 1679. apud Henricum Curionem, S. R. M. & Academiæ Vpsal. Bibliopolam, prodiit (9. Alphab. 13. plag. in fol.) *Secunda* pars, eodem Curione obstetricante, lucem vidit an. 1689. (7. Alphab. 11. plag. in fol.) *Tertia* nunc officinâ typographicâ exire properat, ut eruditi orbis subeat judicia.

H O L M I A E

Gudmundus Olai, Islandus, Lingvæ antiquæ Borealis in Collegio Antiquitatis Svecico Translator, superiori anno 1697. non tantum originali idiomate Islandico, sed etiam cum versione Svecica & Latina, adjectisque notis, edidit *Snorronis Sturlesonii* (Islandiæ circa an. 1215. Nomophylæcis, & Eddæ recentioris architecti) *Chronicon Regum Norvagiæ*, cujus operis versionem Danicam, a *Petro Claudii*, Pastore Vndaliensi in Norvvegia adornatam, sed maneam atque in compendio saltim exhibitam, *Olavi Vvormis* an. 1633. typis mandaverat.

Antiquitatum quoque Borealium, præcipuè Islandicarum studiofis arridebit nuper edita *Saga seu Historia Islandiæ*, ex lingua Runica in Svecicam translata, & notis aucta, a *Joanne Peringskiöld*, 1697. in fol.

Tam in exequiis defuncti CAROLI XI. Regis, die 24. Novembris, quàm proximè sequuta filii heredis CAROLI XII. inauguratione, d. 14. Decemb. 1697. peracta, varia numismata in vulgus sparsa, & ministris Regiis distributa sunt, utriusque rei memoriam conservantia. Horum alterum adverso latere *Caroli XII.* Effigiem habet, his verbis circumscriptam: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVE. Averso autem lateri *Sol occidens* insculptus est, cum lemmate: TOT. MIRABILIS. ORBE. Cui subditur: ORT. D. 24. NOV. A. 1655. OCCID. D. 5. APRIL. A. 1679. Alterum numisma antica parte faciem *Caroli XII.* ostendit, his literis stipatam: CAROLVS. XII. D. G. REX. SVE. Postica autem parte *corona* fulget, circa quam legitur: CAROLVS. POST. FATA. REVIXIT. sub ea extat: A. DEO. DATO. PATRE. PATRIÆ. D. 14. DEC. 1697. Vterque

typus non argento solum, sed auro etiam impressus est, & quidem diversa quantitatis modulique ratione habita, adeo ut nummos huius generis majores minoresque videas. Hos æri incisos Tab. I. n. 1. Tab. I. & 2. afferre lubuit. At eos multo elegantius (ut solet) expressos nobis dabit *Elias Brennerus*, Collegii Antiquitatis, quod Holmiæ est, Assessor, in perficiendo *Thesauro Nummorum Sueo-Gothicorum* adhuc strenue occupatus: Cui sufficientes vires otiumque apprecamur, ut nitidissimum & exasciatum opus, erudito commentario illustratum, brevi integrum edere, adeoque summa tandem curiosi orbis desideria explere valeat.

Germanico idiomate impressum est Augustissimi gloriosæ memoriæ Regis Sveciæ CAROLI XI. vitæ curriculum hoc titulo:

Personalia oder aller Pflicht-schuldigster Bericht / von Seiner Höchsts. Königl. Maj. des weiland Großmächtigsten Königs und Herrn / Königs Carls des XI. der Schweden Gothen und Wenden Königs / unsers allerglormwürdigsten / gottesfürchtigsten / und gnädigsten Königs aller christlichst und höchst-rühmlichst geführten Leben / zusamt höchstseligen Absterben / abgelesen in allen Kirchen-Versammlungen über das ganze Reich Schweden / und darunter liegende Fürstenthümer / Länder vnd Herrschaften / am 24. Nov. des 1697. Jahrs / als Seiner Höchsts. Königl. Maj. Zeichnamb mit gebührender Königlichen Ansehnlichkeit und unter aller anwesenden herglicher Trauer und Leidwesen / zu Dero Ruhe-Stätte in der Nitterholms Kirche Dero Königl. Residentz-Stadt Stockholm, begleitet wurde.

Gedruckt bey Henrich Keyser / Ihro Königl. Maj. und Upsala Academiæ Buchdrucker / in fol. (6½. plag.)

H A F N I A E

Thormodus Torfaus, Islandus, Historiographus Regius per Norvegiam, superiori anno 1697. edidit *Historiam Orcadum*, in fol. Idem volumina aliquot *Historiæ Norvegicæ* affecta habet, quæ nondum typis mandata sunt; nec non opus, *de Serie & Successione Regum Danie*, quod propediem luci publicæ expositurus est.

Sub exitum superioris anni quoque prodiit *Viti Beringii Histo-*

tia Danica, idiomate Latino scripta, in fol.

Johannes Albert⁹ Syling d. 18. Dec. 1697. disputavit *De Monte Oliveti*.

Eodem mense Decemb. auctione publica distracti sunt libri *Magni Schelii*, Equitis Ordinis Danebrogici, & Consilarii Regis intimi, magni literarum Patroni, qui ex legatione redux Lingæ in Westphalia diem suum obiit.

Johannes Laurentius, Grammatæus Regius, Consistorii Assessor, & Typographus, novam editionem Danicam *Saxonis Grammatici*, celeberrimi Rerum Danicarum sæc. XII. scriptoris, instituit; seu repetitionem potius Danicæ versionis elegantissimi hujus auctoris Latini, quam Proavus Laurentii, *Andreas Severini Polleju*, Ecclesiastes, & Canonicus Ripensis, Regisque Friderici II. Historiographus, adornavit, & quæ jam bis Hafniæ typis excusa est, anno scilicet 1575. & 1610. in fol. Hæc nova Saxonis editio multas figuras æneas continebit, notisque Historicis & antiquariis, singulis paginarum calcibus adjectis, illustrabitur.

RIPAE

Petrus Terpagrius, Pastor, & Theologiæ Lector in Gymnasio Ripensi, (eodem modò, quò *Petrus Resenius* Inscriptiones *Hafnienses* an. 1668. concinnavit) *Inscriptiones Civitatis Ripensis* edere animum induxit; cujus operis Specimen jam ante annum prodit. Idem quoque *Chronica nonnulla Episcopatus Ripensis*, a *Christiano Vormio* cum ipso communicata, additis antiquis istius Episcopatus Diplomatis, evulgabit.

KILONII

Johannes Burchardus Majus, Eloqv. & Histor. Prof. P. sub finem super. ioris anni 1697. certos *Congressus Literarios* cœpit instituere, eò collimantes, ut quemadmodum alibi passim fieri solet, in Gallia præsertim & Italia, ubi varia doctorum sodalitia (*Conferentiae & Academiæ*) florent: ità etiam in hoc Parnasso Cimbrico solidæ atque elegantioris eruditionis cupidi, per singulas septimanas una alterave vice convenientes, patrio idiomate, h. e. Germanico, de re literaria, de Historia tam generali quàm speciali omnium Rerum publicarum, aliisque id genus argumentis, differant. Vernaculum hanc in rem Programma edidit d. 21. Nov. quo consilium suum

suum de instituendis *Colloquiis eruditis* (seinen Vorschlag wegen der künftigen anzustellenden gelehrten Unterredungen) aperuit, & ad illa Studiosos invitavit. (1. plag. in 4.) Tum & ea, quæ Conventu I. de *instituti ratione, & Societatum literariorum origine, progressu atq; utilitate* acta sunt, Latino sermone typis mandata extant. (½ plag. 4.)

Sub anni quoque superioris 1697. exitum *Otto Nicolaus Lindholtz*, Reip. Patriæ Kiloniensis Consul, & Fiscalis Ducalis, nec non celebris caussarum patronus, obiit. Edidit is Kilonii an. 1675. dissertationem de *Capitulatione Regni Germanici*, contra larvatum *Franciscum Irenicum*, sive *Philippum Andreæ Oldenburgerum*, qui (in Collegio ad Burgoldensis discursus in Instrum. Pacis Monast.) Positiones Juris miscellaneas *Erici Mauriti*, a Lindholtzio respondendo defensas, & inprimis ultimam, de hac materia agentem, impugnauerat. Idem Lindholtzius moliebatur aliquando tractatum alium de *Subordinatione Jurium*; Sed is lucem non vidit.

Publicè demum in hac Academiâ certis temporum intervallis instituuntur *Consultationes Medicae*, & quidem ea ratione, ut (quemadmodum verba Programmatiss habent, quod hac de re Facultas Medica superiori anno 1697. edidit) singulis mensibus loco ac tempore schedula affixa significatis, Casus aliquis Medicus practicus publicè proponatur, super quo Professorum iudicium, quæ morbi species, quis locus primario affectus, quæ causa, & unde hæc omnia sufficienter colligenda, quis eventus sperandus vel metuendus, & qui totius consultationis finis est, quæ methodo & quo remediorum genere, quibusque potissimum medicamentis cura instituenda sit, cuius liceat percipere. Immo si quis inter auditores est, qui vel ex probatissimorum auctorum lectione, vel sua vel aliorum experientia, aliquid ad rem præsentem faciens, ac notatu vel ulteriori disquisitione dignum, proferre velit, ei id tam liberum est, quam consultantibus gratissimum. Nec non in ipsos ægros exinde magnum commodum redundat. Aut enim illi, si valetudinis conditio permittit, præsentem, constitutionem corporis sui, morbiq; & remediorum usum possunt discere, ut etiam absentes, facta per literas accuratè morbi, omniumque eorum partium circumstantiarum commemoratione, iudicium de morbi statu, deque eò ritè curando consilium possunt obtinere, licet nullam nominis aut statûs mentionem fecerint.

Sub ipsum hujus anni auspiciū prodiit *Lubeca Literata anni 1698. Calendis Januarii exhibita*, in 8. Exiguū hoc unius plagulæ opusculum nihil aliud est, quàm hominū literatorū Lubecæ degentium syllabus, alphabeti ordine digestus, & ita adornatus, ut singulorū, qvī in ea civitate publico vitæ academicæ testimonio ad literatos pertinent, nomina, studia, officia, & id genus alia notentur. Accedit in fine libelli catalogus eorū, qvī superiori anno obierunt, aut ex civitate abierunt, & in præfatione nova hujus indicis editio quotannis repetenda promittitur; facta simul mentione, quàm levi negotio maximum rei literariæ commodum promoveri posset, si quis simili modo in præcipuis Europæ civitatibus & Academiis sui saltim loci literatos consignaret, notatisque illorum studiis, officiis, obitu, & id genus rebus aliis succinctum eorundem catalogum quotannis ederet. Quod in vicinia nostra fieri, ac brevi quoque *Hamburgum Literatum* compariturum esse, accepimus.

Adamus Brand, civis & mercator Lubecensis, librum vernaculum edidit, cui titulus:

Beschreibung der Chinesischen Reise / welche vermittelst einer Zaarisch. Gesandtschaft durch dero Ambassadeur / Herrn Isbrand / An. 1693. 94. und 95. von Moscau über Groß-Ustiga / Siberien / Dauren / und durch die Mongolische Tartaren verrichtet worden / und was sich dabey begeben / aus selbsterfahrner Nachricht mitgetheilet von Adam Brand / h. c.

Descriptio itineris Sinici, à Legato M. D. Moscoviæ, D. Isbrand, confecti, &c.

Hamburgi, apud Benjam. Schiller, 1698. 10. plag. in 12 Libello isthoc auctor, qvem diximus, breviter quidem, at satis accurate tamen indicat, qva via, qvove successu cum *Eberhardo Isbrand*, Glückstadtensi, M. Ducis Moscoviæ ad Monarcham Sinicum Legato, an. 1692. 3. Mart. Moscovia discedens, per Vstigam, Siberiam, Dauros, & Mongalensem sive Asiaticam Tartariam, ad Imperialem Bogdegani Sinici sedem Peking pervenerit, expeditisque negotiis eodem ferè tramite an. 1695. 1. Febr. Moscoviam reversus sit.

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Februarii M DC XCVIII.

T WISMARIAE

ypis exscribitur *Henningi Iohannis Gerdes*, SS. Theol. D. & Regii Superintendentis Wismariensis, Concio funebris, in exequiis defuncti Regis Sveciæ CAROLI XI. glorioſæ memoriæ, d. 24. Nov. 1697. habita.

*Observatio Ioannis Gröningli, I. V. D. de
Phosphoro Bononiensi.*

Dantur in natura varia corpora, quæ apta per se sunt lucere in tenebris, præsertim accedente aliquo adminiculo externo. Inter ejusmodi est *Phosphorus Bononiensis* (de quo integrum tractatum scripsit *Fortunium Licetus*) qui si per tempus Soli exponatur, radios solares ita attrahit atque sibi jungit, non secus ac ferrum sibi copulat Magnes; eo effectû, ut inde retractus in tenebris luceat. Ut autem constaret, an in Vacuo similiter luceret sicut in aëre (cum ab aliis idem fuisse tentatum non erat compertum) fuit lapis a me inclusus machinæ; cœpi ope antliæ evacuare aërem, & ad gradus rareſcente in machina aëre, Phosphorus lucem perdere & obscurius lucere visus, donec cum omnis fuerit exhaustus, ita ut non nisi æther, seu ad mentem Cartesii materia quædam subtilissima in vase superesset, lucem ad tempus amitteret, quam tamen admisso aëre iterum recuperabat. Atqui ne scrupulo locus, & forsân prima rerum facies falleret sensus, iteratum inversa methodo Experimentum. Lapis machinæ postquam inclusus, exhausto ex ea omni aëre, Solis radiis expositus: sed frustra omnia, cùm, quanta diligentia etiam fuerit adhibita, nunquam in tenebris luceret *liberrimum & propositi tenacissimum agens*. *Αυτόπτης* itidem fui Experimenti, a Curioso quodam Florentiæ, dum ibidem ante septennium hæretem, cum Phosphoro instituti, qui tentabat affrictu ad alia corpora ex lapide lucem prolificere. Fuit it quoque non infelici successu, ope diurni atque vehementis ad-

versus manum adfrictus, aliquis, licet non adeò sensibilis, lucis gradus productus, qui tamen haud constans, sed post aliquod temporis intervallum iterum disparuit; Panno vero & lapidibus si affrictus, res non æqvè succcessit. Præmissâ *ἐμπειρία* si jam ad rationes descendendum sit, ne jactetur illud Augustini: *Rem vidit, Causam nescivit*, ratio quod Lapis Bononiensis lucere desinat in Vacuo, & ad gradus admissio aëre iterum luceat, non aliunde quam in aëre crispanda videtur. Eo enim tanquam aliquo pabulo Lapidem indigere, vel hoc Experimento constat, utpote quo non solum luceat, sed & quo reficiatur atque restitatur lux in lapide, ob Vacuum quasi paululum quiescens, vel potius ibidem vi quadam velut in carcere detenta. Si verò quispiam plus ultra progrediatur, & causam hujus adæquatam, & in quo tota res consistat, ex altiori principio deducere velit, difficultas ubique se exseret, & Argis non parum erit negotii. Philosophia Cartesii, quæ Lucis naturam ex sola motuum pulsione metitur, uti per omnia non adeò conspicua, hic insufficiens est. Lapidum enim Bononiensium dum talis superficiei textura, ut lucem a Sole mutuam diu conservare aptus sit, Apollo mihi inter Cartesianos erit, qui solo motu rem hic expediri demonstraverit; cujus contrarium omnia accuratius trutinanti non potest non constare. Quod autem adversus manum fortiter affrictus lapis paululum lucis emitteret, & adversus alia corpora non itidem, ejus ratio ex Philosophia Mechanica & corpusculari, & quidem vi effluviorum sulphureorum corporis nostri, quæ poros Lapidis ope affrictionis ingrediuntur, petenda, quorum quidem prima actio non adeò magni est momenti, continuata tamen atque effluviorum agentium multitudine simul operante, in correspondentem minimorum, quos pervadunt, pororum numerum, idonea esse possunt, ad aliquos effectus in illud corpus, cui est commoda pororum figuratio, peragendos. Et haud difficulter in interiora hujus phænomeni penetrabunt, qui in Sulphure ignem delitescere sciunt, vel qui inter Spagyricos ex laboribus Chymicis quandoque cum damno proprio experti, quanta vi Nitri atque Sulphuris invisibiles vapores corpora pervadere atque potenter afficere soleant. Quod autem lux in lapide haud perennet, sed mox dissipetur, id me iudice ex eo evenit, quod affrictioni versus manum, præsertim ob concomitans

mitans humidum, non satis ad hoc sit virium, ut particulæ illæ sulphuræ tenaciter lapidi adhæreant, inde fugam moliantur, & apertis quasi claustris avolant, consequenter juxta naturæ leges lapis mox lucere cessat. Quicquid tandem sit, id, ni fallor, ex iis, quæ anteverti, constabit, quod seposito antiquo præjudicio citra aliquam *παράδοξολογίαν* dici queat, Lapidem Bononiensem, si non ab alio forsitan agente, quam a Sole & Igne, tamen alio atque diverso a vulgari modo, aliquam Lucem accipere posse.

ROSTOCHII

Johannes Mauritius Poltzius, SS. Theol. D. & Ecclesiæ ad S. Ioh. ac Spir. S. Pastor, *sanctam Cathedram confessionalem*, in S. scripturis fundatam, & ab orthodoxis Theologis Lutheranis defensam, disputationibus aliquot publicis declarare instituit. Harum *prima* (quæ exhibet Onomatologiam, & generaliora quædam Pragmatologiæ) jam superiori an. 1697. d. 30. Octob. habita fuit, Respondente *Iohanne Christiano Floro*, Neofano-Holsato (2. plag. in 4.) *Secundam* verò (quæ demonstrat veros Cathedræ Confessionalis natales, & falsos ei affectos rejicit) d. 19. Januarii hujus anni 1698. placidæ amicorum συζητήσεις submisit *Daniel Mäke*, Levino-Mecklenburgicus. (3. plag. in 4.) Reliquæ disputationes suo ordine, Deo volente, sequentur.

M. Johannes Petrus Grönenberg / Harburgo-Luneburgensis, a Ser. Luneb. Duce in Brabantiam missus, ibidemque trium sub tribus Chiliaris & Legionum Præfectis Regiis militantium contra Gallos cohortium hætenus fide-merens, nunc verò laborum immunitatem adeptus Pastor, sub præsidio *Andree Danielis Habichborstii*, SS. Theol. D. ac Prof. P. Consiliarii Duc. Mecklenb. Consistorialis, Ordinisque Theologici Senioris & Decani, Disputationem Theologicam *de Filio Dei ex Aegypto vocato*, ad Matth. II, 15. & Hof. XI, 1. pro impetrandis primi in Theologia gradus, quem *Baccalaureatum* vocant, honoribus ac privilegiis, d. 18. Ianuar. 1698. habuit.

Moderatore *Joh. Nicolao Qvistorpio*, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Pastore ad S. Nic. & Ministerii Directore, Præsidente verò

M. Zacharia Grapio, Rostochiensis, SS. Theol. Baccalaureo, *Controversiam recentiore Theologicam, Pajonismi, in Gallia & Belgio huc usq. agitatam*, (de influxu Verbi divini in opere Conversionis nostræ) eruditorum examini submisit mense Ianuario 1698. *Iustum Schæpfer*, Quedlinburg. Saxo, (*Io. Ioachimi Schæpferi*, I. V. D. & Prof. P. Rostochiensis, frater) sub idem tempus in Academia Lipsiensis Magister renunciatus. (5. plag. in 4.)

Paullo ante dictus *Johannes Petrus Grünenberg* / SS. Phil. Mag. & Pastor Luneburgicus, jam quoque SS. Theol. Baccalaureus, sub moderamine *Andreae Danielis Habichborstii*, SS. Theol. D. & Prof. P. d. 29. Ian. 1698. *Matthæum eugenealogon*, ad Caput I. ejusdem Evangelistæ, pro exercendis Baccalaureatûs Theol. privilegiis, dissertatione Theologica Inter-Inaugurali exhibuit, Respondente *Iob. VVichmanno*, Hamburg. (1. plag. in 4.)

GRYPHISWALDIAE

Sub prælo fudat liber Iuridicus, anno superiori 1697. jam excudi cœptus, cui titulus:

Conradi Friedlieb de Friedensberg, ICti & Equitis Pomerani, S. Reg. Maj. Svec. Iustitiæ Consilarii, nec non Antecessoris in Academia Gryphiswaldensi, Practica forensis compendiaria Civilis, ad S. R. I. Cameram, & Iudicium Aulicum Cesareum passim, potissimum verò S. Reg. Maj. Sveciæ Iudicia in Provinciis Germania, tum Iudicia Megapolensia, simul directæ, atque formulis in prima & secunda processus instantia, Iudici pariter ac partibus usitatis, maxime stylo Curie Dicterii Pomer. & S. Tribunalis Wismariens. quandoque etiam Camera Imperii & Iudicii Aulici, tum Cancellariarum Megapolensium conformibus illustrata.

GryphisvaldI, apud Danielem Benjamin Starck, Reg. Acad. Typographum, 1697. in fol.

In præfatione Auctor monet, se post tot Tractatus, Specula, Disputationes, Introductiones, Compendia, Manuductiones, super Processu

fu judiciario hætenus editas, eundem quidem ordiri laborem, & eadem afferre Processûs capita, eadem momenta, regulas, cautelas, clausulas, eurenatica fori, &c. at interim tamen nec eodem modo, nec eadem prolixitate, nec brevitate agere, sed faciliori methodo, singulari compendio, stricta (licet non damnosa) omnium ad Processûs ordinem facientium, quandoque ab aliis omifforum, delineatione. Maximè verò ait, se (quod nemo hætenus præstitit) Juris communis, provincialis & urbici, tum ordinationum Dicterij Pomeraniæ, Summiqve Tribunalis Wismariensis, quandoque etiam Cameræ Imperii, & Judicii Aulici Cæsarei, demum Cancellariæ Gustroviensis, commodam ad S. R. Maj. Svec. Judicia in provinciis Germaniæ, quovis in Processûs articulo observare applicationem, hinc convenientiam, nonnunquam discrepantiam, subjectis ubiqve usitatis in foro tam Judicum quam Partium formulis. Quapropter ipsi libro subnectendus est *Fasciculus Formularum, ad Practicam forensẽ compendiarĩam Civilem ut spectantium, ita scitu & observatu summè necessarĩarum, cum Repertoria locupletissimo.*

GEDANI

Catalogus Lectionum & operarum publicarum, in Athenæo Gedanensi cursu annuo expediendarum, qui Januario ineunte an. 1698. publicatus fuit, nomina Professorum exhibet, è quibus D. *Samuel Schelgwigius*, Theologiam, D. *Iohannes Godofredus à Diesfeldorff* Jurisprudentiam & Historiam, D. *Iohannes Glosmeyer* Medicinam & Physicam, M. *Fridericus Büthnerus* Mathesin, *Christophorus Behrius* Eloquentiam & Poësin, M. *Constantinus Wolffius* Græcam & Hebræam Lingvam, D. *Iohannes Gotlieb Möllerus* Philosophiam primam & Practicam docet.

HOLMIAE

Die 16. Ianuarii 1698. quadragesimo quarto ætatis anno obiit *Eliaz Obrecht*, Professor Eloquentiæ & Historiarum Skyttianus, vocatus Secretarius Regius ad expeditiones Latinas & Germanicas; politioris literaturæ, Historiarum ac Antiquitatis peritissimus. Cœpit

is describere *Vitas primorum Imperatorum Christianorum*,
cujus operis partem (alphabetum, ut ajunt, ferè constituentem) jam
ante annum cum affine suo *Iob. Fechtio*, SS. Theol. D. & Prof. Ro-
stochienſi, communicavit, qvi etiam reliqua collecturus atqve
editurus eſt.

HAFNIAE

Severinus Wintherus disputationem *de Oculo Bovis*, tur-
bine maris Indici, ad promontorium Bonæ Spei, d. 19. Januar.
1698. habuit ediditqve in 4. Physicè tractavit hanc materiam.

Christianus Wormius, Wilhelmi F. Olai N. ab itinere Belgi-
co, Anglico &c. redux, auctoritate Regia publicam *Historia Ecclesia-
stica* Profesionem adeptus est; qva qvid sit præstiturus, scripta
hactenus edita, & variis Eruditorum ephemeridibus laudata, fatiſ
arguunt, videlicet:

*De corruptis Antiquitatum Hebraearum apud Tacitum & Mar-
tialem vestiſſis*, libri duo. Hafniæ 1693. & 94. in 4.

*Dissertatio de veris causis, cur delectatos humanis carnibus, & pro-
müſcu concubitu, Christianos calumniati ſint Ethnicis*. Hafniæ, 1695.

Historia Sabelliana Lipsiæ, 1696.

Otto Sperlingius Ictus, Conſiliarius Regius & Polyhistor, poſt
alia varia elegantissimi ingenii monumenta, & in his ultimo loco
editum *Abſalonis Hvidii, Archiepiscopi Lundensis, Testamentum*,
qvod eruditis notis Historicis & Archæologicis illustratum, Hafniæ
an. 1696. in 8. prodiit, novum opus parat, novendecim libros com-
plexurum, cui titulus:

*Valerius Maximus Danicus, seu Exempla virtutum, rerum
fortiter ac prudenter gestarum, & dictorum memo-
rabilium apud Danos, cum explicationibus*

Orthonis Sperlingii Conſiliarii Regii.

Specimen hujus operis jam sub prælo calet, cujus primum qua-
ternionem, *Pietatis Danicæ exempla recensentem*, vidimus (in 4.)

Idem *Sperlingius* typis Belgicis imprimi curat librum *de Num-
mis non cufis*, qvo apud Judæos, ante & poſt captivitatem
Babylonicam, noſtriſqve ſervatoris Chriſti tempore, nullum signa-
ti

ti æris usum valuisse, sed rude tantum & informe argentum, forfice dissectum, ac libra appensum, monetæ locum tenuisse asserit.

OTHONIAE in FIONIA

Broderus Birckerodius, Rector Othoniensis, tractatum de *Nummis tam Danicis quàm aliis*, affectum habet, qvem brevi cum erudito curiosoque orbe communicaturus atque editurus est.

FLENSBVRGI

Johannes Mollerus, Flensburgensis, elegantiorum literarum & inprimis Historiæ Cimbricæ peritisimus, post editum hæctenus *Cimbria Literata Prodromum* an. 1687. excusum, ut & *Ussægen ad Historiam Chersonesi Cimbricæ*, quadripartito opere Hamburgi, Lipsiæ & Francofurti an. 1692. & 91. in 8. publicatam, nec non *Homonymoscopiam*, seu tractatum de scriptoribus homonymis, qui superiori an. 1697. Hamburgi in 8. prodiit; jam *Bibliothecam Septentrionis Eruditi* molitur, qua partim *Alberti Bartholini* libellum de scriptis Danorum, partim verò *Johannis Schefferi* Sveciam literatam, & quidem utrumque auctorem nova hac editione variis locis emendatum, auctum ac prolixis hypomnematis illustratum, exhibebit. Manuscriptum editioni paratum, Gothofredus Liebezeit, Bibliopola Hamburgensis, jam per aliquot menses tenuit; distulit autem impressionem operis, quia ipsi spes facta fuit, nanciscendi ex Svecia novam Schefferiani scripti continuationem, de qua etiam eruditum quendam, hodie Lubecæ degentem, cogitasse novimus. Immo ipse quoque Mollerus aliquando in animo habuit, utrumque auctorem continuare, & *Bartholino* quidem quinque vel sex, *Scheffero* autem duas vel tres centurias scriptorum Danorum & Svecorum, partim antiquorum & ab illis omissorum, partim verò ipsorum libris recentiorum, addere. Sed quoniam huic argumento dignè tractando collectanea sua nondum sufficere ipsi visa sunt, maluit laborem hunc eruditis Regnorum istorum Borealium indigenis, a quibus perfectiora expectanda sunt, relinquere.

SLESVICI

Daniel Hartnaccius, Pomeranus, Gymnasii Cathedralis Slesvicensis Rector, varia hæctenus variis in locis (ut in Pomerania, Fran-

Francofurti ad Viadrum, Erfurti, Dresdæ, Altonæ & Slesvici) ingenii monumenta typis tradidit, quorum hunc accepimus catalogum :

Animadversione in Libr. Fr. Sanchez, quod nihil scitur. Sediti, 1665.

Nota & additiones ad Distinctiones Philosophicas G. Reebii. Fancof. 1666

Liber de Notioribus natura & nobis. 1668.

Diff. de Conversione hominis ad Deum, secundum Philosoph. Gentil.

Widerlegung der Etengerischen Irthümer.

Hist. Synodi Dordr. ex literis Joh. Hales & Valtb. Balcanquol, 1671.

Deductio contra periculosa Iesuitarum molimina, 1673.

Nota in Georgii Hornii Historiam Ecclesiasticam, 1674.

Nota in Suetonium. Ienæ, 1675. In Sallustium, ibidem 1676.

Confutatio Pilati a Ioh. Stollero defenſi. 1677.

Continuatio Historiae Ecclesiasticae Micraelii. Lipsiæ, 1678.

Quæstiones Vl. de Syncretismo. Wittebergæ, 1679.

Questiones XXIV. de Controversiis Theologicis Vlmæ, 1680.

Astrognoſia, cum fig. an. 1680.

Prospetiva Mechanica, cum fig. Luneburgi, 1681.

Elementa Rhetoric. cum artificio Orat. Cic. Bremæ, 1682.

Observationes Physicae. Lipsiæ, 1683.

Breviarium Historiæ Turcicae, Hamburgi, 1683.

Nobile Semeſtre (ſeu Diſpoſit. Orat. Polit. ex Novellis) Hamb. 1684.

Histor. Univers. ad Chron. Laurenb. Hamburgi, 1685.

Breviarium Controversiarum Theologicarum. Cellis, 1687.

Introductio ad Scientias, seu Logica Germ. Cellis, 1688.

Continuatio Chronologiae Boxhornii. 1676. & 1688.

Judic. de Histor. Germ. antiqua & nova. Cellis, 1689.

Geographia Biblica. Norimbergæ, 1689.

Note in Claudianum. Lubecz, 1690.

Bibliothecarius der studierenden Jugend. 1690.

Erleuteter *Cornelius Nepos* Hamburgi.

Notæ in Fabulas Phædri. Lubecæ.

Commentarius de Eloquentia Ecclesiastica & Civili, Slesvici.

Hôc annô prodierunt

Epistola selecta ad familiares, Slesvici, 1698.

Nec non ad prælum parati sunt libri sequentes, propediem edendi.

Erleutertes *Tarentino*. Slesvici.

Erku-

Erleuterte Epistela Ciceronis minor. Hamburgi.

Libri septem de Periodis. Slesvici.

Logica Ecclesiastica. Slesvici.

Sub manibus autem sunt:

Erleuteter Justinus, Sallustius, Curtius, Aurelius Victor und Virgilius, sämtlich mit Imitationen.

Historia Haresum & Schismatum a tempore Reformationis.

Descriptio Terræ Sanctæ è plus quam CC. Itinerariis, nec non Reipublica Judaica, cum fig. æn.

KILONII

Superiori anno 1697. ad finem properante, bini *Johannis Ludovici Hannemanni*, Med. D. & in Academia Christian-Albertina Philosoph. Naturalis Professoris filii, pro Licentia, summos in Arte Medica honores, ac privilegia Doctoralia ritè consequendi, disputarunt. Quorum alter, *Bartholomeus Johannes Otto Hannemann*, Buxtehuda in Ducatu Bremenfi, an. 1671. d. 28. Martii natus, & in Kilonienfi Academia primùm Theologicis deinde verò Medicis studiis imbutus, sub Præsidio *Guntheri Christophori Schelhammeri*, Med. D. ejusdemque Professoris Primarii, nec non Sereniss. Ducis Holstiae Archiatri, *Theses Medicas Miscellaneas*, (ex Præcognitis Medicinæ, ex Physiologicis, ex Pathologicis, ex Semioticis, ex Pharmaceuticis, ex Chemia, ex methodo medendi, & Chirurgicis) inaugurali sua Disputatione proposuit. (2. plag. in 4.) Alter verò, *Tobias Thomas Michaël Ioël Diderich Hannemann*, eadem patriâ an. 1674. d. 7. Augusti in hanc lucem editus, eademque Academia literis formatus, Præside *Wilhelmo Hulderico Waldschmiedt*, Med. D. ejusdemque & Philosophiæ Experimentalis Prof. P. nec non Facultatis suæ Decano, *Pathologia animata Specimen* exhibuit, quò a Lumbricis, aliisque id genus humani corporis Insectis sive Vermibus, si non semper tamen sæpius, gravissimos morbos oriri docuit, brevemque methodum medendi subjunxit. Egit enim Cap. 1. de Morbis Capitis. 2. de Morbis Thoracis a Vermibus inductis. 3. de Morbis abdominis. 4. de Febribus a Vermibus inductis. 5. de Morbis partium externarum, Scabie, Lue Venerea, Tumoribus, & Abscessibus. 6. de Causa generationis

Vermium in corpore humano, & Cura in genere. 7. de modo, quo Vermes symptomata supradicta producere valeant, & curandi methodo (6. plag. in 4.)

Sub eundem superioris anni 1697. exitum *Iohannes Hartmannus*, Danus, Patre *Christophoro Hartmanno*, Pharmacopæo Regio, an. 1668. Nicopiæ in Faltiria natus, ac Soræ, Hafniæ, domique apud Vitricum *Iob. Iustum Böhme*, Med. D. & Faltiriæ ac Lalandiæ Medicum Provinciale Regium designatum, literis innutritus, nec non apud Hamburgenses praxin Medicam ansificatus, Præside *Wilhelmo Huldrico Waldschmied* / Med. D. ejusdemque & Philos. Exper. Prof. P. Disputationem Inauguralem Chymico-Medicam habuit *de Salis volatilis Cornu Cervi crySTALLIFICATIONE volatili essentiali.* (2½. plag. in 4.)

Wilhelmus Huldricus Waldschmid, Med. D. & Prof. P. repetiit descriptionem medicamenti seu liqvoris, morbillis ac variolis tam arcendis quam curandis inservientis, hoc titulo:

Anchora salutis pro variolosis, Offenbahrung und Beschreibung eines gewissen liqvoris, oder Medicaments/ nicht allein von denen so genandten Kinder-Pocken oder Blattern und Masern die Kims der damit zu præserviren/ sondern auch selbige ganz sicher zu curiren. Wobey zugleich der rechte Grund der Arzney-Kunst aus der so genandten Cartesianischen Philosophie gezeigt / und der Thee-Transch von denen falschen und irrigen Imputationibus frey gesprochen wird. Jago zum andernmahl zum Druck befördert und mit nöthigen Anmerkungen vermehret von *Wilhelm Huldreich Waldschmied* / der Medicin Doctore und Professore ordin. in Kiel. Kiel/bey *Joachim Reumann*/1698. in 4. (6½. plag.)

Celeberrimi Theologi B. *Christiani Kortholti* liber posthumus prodiit, hoc titulo:

Christiani Kortholti, S. Theol. D. *Academie Kiloniensis*, dum viveret, *Procancellarii*, & *Professoris Primarii*, *Paganus obtrektor*, sive *de Calumniis Gentilium.*
in *Christianos libri III. &c.*

KilonI., Typis & sumptibus Ioach. Reumanni, 1698.
(4. Alphab. 2. plag. in 4.)

In

In præfatiuncula hujus libri (vivente B. Auctore prelo jam sub-
 jecti, maximamque partem expressi, post fata vero ejusdem ab
 heredibus publicati) ipse D. Kortholtus monet, se ante triginta
 annos in academia Rostochiensis, hanc materiam, tribus exercita-
 tionibus comprehensam, publicæ eruditorum disquisitioni com-
 misisse; addit autem, nunc istud argumentum secundis curis ela-
 boratum, multâque industriâ auctum & expolitum denuo sisti, cu-
 jus iteratam editionem hæctenus variis Magistratûs Academici, ali-
 isque laboribus sufflammatam fuisse qveritur. Quod ipsum opus
 attinet, *Liber primus* agit de *origine & natura Christianismi, ex
 impia cavillantium Ebraeorum sententia*; & quidem Cap. 1. de
 Christianæ religionis novitate a paganis objecta. 2. de doctrina
 Christiana ex Poëtarum lacunis scitisque Philosophorum hausta.
 3. de Christianismo ex Judaismo prognato. 4. de religione Chri-
 stiana ex Judaica pariter & gentili conflata. 5. de odiosis apud gen-
 tiles novis peregrinisque sacris. 6. de Hæreticorum portentosis do-
 gmatibus impiisque facinoribus, sinceris Christi cultoribus imputatis.
 7. de sectarum apud Christianos diversitate. 8. de doctrina Christiana
 Reipubl. statui nequaquam conveniente. 9. de Christianæ fidei incer-
 titudine & vanitate, ex mente paganorum. 10. de Credulitate Chri-
 stianis vitio data. 11. de stoliditate, stupiditate, & ἀναιδευσία,
 fidelibus objecta. 12. de barbaro, sordido, incultoque Christia-
 norum Doctorum stylo. 13. de Sibyllistis. 14. de ficto per calumniam
 oraculo, quod Christianismi interitum prænuñciaverit. *Liber
 secundus* agit de *culu veterum Christianorum publico, Gentium ma-
 ledicentia sigillato*; & quidem Cap. 1. de OnolatRIA Christianis affi-
 cta. 2. de VranolatRIA perperam Christianis attributa. 3. de Helio-
 latria. 4. de ÆdœolatRIA. 5. de SerapidolatRIA. 6. de Stauro-
 latria. 7. de ChristolatRIA. 8. de Martyrolatria. 9. de sacris Chri-
 stianorum arcanis & clandestinis. 10. de Atheismo, Christianis a
 Gentilibus objecto. *Liber tertius* agit de *Vita & moribus prisco-
 rum Christianorum malitiosè a gentilibus exagitati*: & quidem
 Cap. 1. de vocatione Improborum ad Christianismum. 2. de quo-
 rundam Christianorum vitiis toti Ecclesiæ ipsique Christianismo
 imputatis. 3. de Impostura Christianis objecta. 4. de Magia,
 Christo hujusque cultoribus exprobrata. 5. de Conventibus Chri-

stianorum clanculariis & nocturnis. 6. de factionibus & conspirationibus, Christianis objici solitis. 7. de læsæ Majestatis crimine Christianis impacto. 8. de odio generis humani Christianis exprobrato. 9. de Thyestæis Epulis & Odipodéo concubitu. 10. de obstinationis crimine Christianis impacto. 11. de inanis gloriæ affectatione Christianis affecta. 12. de Christianorum *ἀρετή*. 13. de artibus Christianorum sordidis. 14. de misera Christianorum a paganis exagitata sorte. 15. de malis & calamitatibus publicis Christianismo imputatis. 16. de notis & insignibus Christianorum occultis. 17. de Biothatorum, Semaxiorum, Sarmentitorum, similibusque per ludibrium Christianis impositis appellationibus. 18. de inviso ipsomet Christianorum nomine.

Typis denique Hamburgensibus exscripta est *Oratio Panegyrica*, quæ *Johannes Fridericus Mayer*, Consiliarius Regius, & Professor Theologus Ducalis, nec non Pastor Hamburgensis ad S. Iacobi, jussu & auctoritate Seren. Principis FRIDERICI, Slesvici & Holstatiæ Ducis, præsentè ipsius Legato, Dn. *ab Alfeld*, Consil. Provinc. & Præfecto in Cismar, Toparcha in Gelting & Klein-Nordsee (qui finitâ Oratione quosdam ex qualibet Facultate Professores splendido convivio excepit) sub exitum anni superioris 1697. d. 24. Nov. Beatis Manibus Augustissimi Sveciæ Regis CAROLI XI. in Academia Kiloniensi parentavit, cui titulus:

Publicæ Salutis funus, in funere CAROLI XI. Svecorum, Gothorum, Vandalorum Monarchæ jussu Celsissimi Cimbrorum Ducis Friderici ipso Exequiarum die concioni Academica Kiloniensi indixit Io. Frid. Mayer, D. Consiliarius Regius & Professor Theologus Ducalis.

Hamburgi, sumptibus Gotfridi Libernikkelii, Typis Frid. Conradi Gressingeri. 1698. (10. plag. in fol.)

LVBECAE

Admodum luctuosus fuit præcedens mensis Ianuarius, cujus undecima luce, hora secunda pomeridiana imminente, *Augustus Pfeifferus*, SS. Theol. D. & Ecclesiæ Lubecensis Superintendens, octavo supra quinquagesimum ætatis suæ anno, non sine magno

or-

orthodoxi literatque orbis damno obiit. Is lucem vidit Lauenburgi, quæ inferioris Saxoniae metropolis est, an. 1640. d. 27. Octob. jactisqve tam in schola patria, quam Hamburgensi gymnasio studiorum fundamentis, Wittebergæ præter summos in Philosophia honores, publicam Orientalium lingvarum professionem an. 1668. obtinuit. Mox autem ministerio Ecclesiastico adnotus, Senior primùm Metziboriensis in Silesia, ac Consistorii Ducalis Württembergici adfessor (ab an. 1671. ad 1673.) deinde Stroppensis in eodem Ducatu (ab an. 1673. ad 75.) porro Misenenfis Pastor ad S. Afram, & scholæ provincialis Ephorus (ab an. 1675. ad 1681.) tandemqve, post assumtum Doctoris Theologi titulum, Archidiaconus Lipsiensis ad D. Thomæ, ac Orientalium lingvarum ordinarius, Theologiae verò extraordinarius Professor (ab an. 1681. ad 1689.) extitit. Hinc demum an. 1689. Lubecam evocatus, *D. Samueli Pommerio* (jam an. 1683. vita functo) in gravissimo Superintendentis munere successe, idemqve per octo & quod excurrit annos, cum summa eruditionis, facundiae, religiosi zeli, ac insignium meritorum laude tenuit. E liberis, quos tricennali ferè conjugio suscepit, duo filii, *Sebastianus Augustus*, Medicinæ Candidatus, & *Joannus Ehrenfridus*, Philosophiæ Magister, superant; generum autem habuit *Severinum Waltherum Schlüterum*, SS. Theol. Doctorandum, & Superintendentem Generalem Saxo-Lauenburgicum, qui sub ipsum superioris anni exitum ad plures abiit. Numerosam desideratissimus Pfeifferus noster & eximiam planè Bibliothecam reliquit, rarioribus non tantum omnis generis libris repletam, sed & præcipue magno scriptorum Rabbinicorum apparatu, plurimisqve MSS. codicibus Arabicis, Turcicis, Persicis, & Sinicis, egregie instructam. Accedit varia tam antiquitatis quam superstitionis Judaicæ suppellex, quò spectat *cultus* anceps *circumcisio*, capulo affabrè ex Achate factò (Tab. II. n. 1. exhibitus) ut & *vasculum argenteum* (n. 2.) pulveri styptico destinatum, qui recenti Apellæ vulnere inspergitur; nec desunt icones Japonicæ, nummi nonnulli Romani, bracteate Germanici, & similia. Ingenii autem foetus, ab ipso typis editi, sunt sequentes:

Surmeta, s. libellus Rabbinicus *de lusu*, cum versione & notis Philologicis. Witteb. 1665. 4to.

- Commentarius Anti-Rabbinicus in *Obadiam*, ubi præter exegesis, exhibetur versio & examen Abarbanelis: cum *χρησιν* ad doctrinam accentuum. Witteb. 1666. 4to.
- Dissertatio de *Festis Ebraorum*. Witteb. 1666. 4to.
- Epistola ad D. *Matthiam Vasmuthum*, Witteb. 1667. 4to.
- Exercitatio de *Festis Ebraorum* veterum & recentiorum. Witteb. 1670. 4to.
- Prælectiones in *Ionam*, Witteb. 1671. 4to.
- Introductio in *Orientem*. Witteb. 1671. 4to.
- Πρόλογος* 1. *methoan Ebrae*. Misenæ, 1677. 8vo. Prodiit recognita.
- Dubia vexata Scriptura S. V. T.* cum exoticis N. T. & tractatu de locis sacris Ebraorum. Dresdæ, 1679. 4to. Alteri editioni recognita 1685. accessit Decas selecta *Exercitationum Biblicarum*, quæ olim Wittebergæ an. 1670. seorsim editæ sunt.
- Consultatio epistolica de *causione Lexici Biblicæ* Dresdæ, 1679. 4to.
- Luthernum vor Luthern/oder Verantwortung dreyer von P. Arnoldo Angelo so genandren fundamental- Fragen.* Primum prodiit libellus Misenæ, 1679. 4to. postea auctus & in forma minori 12. sæpè recusus.
- Bauer's Glaube aus dem kleinen Catechismo Luthcri.* Misenæ, 1679. Editio sæpè iterata, 12mo.
- Critica sacra.* cui inserti quatuor tractatus minores. Dresdæ, 1680. 8vo. Prodiit post paucos annos recognita.
- Theologia in nuce.* s. *Theologisches Handbuch/aus Ioh. III, 16. gezogen.* Misenæ, 1680. 12mo. Libellus sæpè recusus.
- Evangelische Erquickstunden.* Lipsiæ, 1681. 8vo. item 1683. 88. &c.
- Antimelancholicus, oder Melancholey-Vertreiber.* Lipsiæ, 1683. 8vo. item 1684. &c.
- Castrum doloris Misenense, oder Leich-Sermones zu Meissen gehalten* Norimb. 1684. 8vo.
- Lingvæ Sanctæ usus Catholicus.* Lipsiæ, 1685. 4to.
- Actio rei amotæ contra Papam, cum Informatorio conscientia Eucharistico.* Lipsiæ, 1685. 4to.
- Magnalia Christi, die große Thaten J. C.* Lipsiæ, 1685. 8vo. (coagmentati in hunc librum sunt tractatus minores Germanici, qui antè sub titulis peculiaribus prodierant, puta: *Salve Lipsiacum,*

cum, Christognosia orthodoxa, an. 1682. Passion- und Oster-
Epitaph. 83. &c.)

**Evangelischer Aug-apfel/ oder Erklärung der Augspurgischen Con-
fession, Lipsiæ, 1685. 4to.**

Panoplia Mosæica, der Grundriß aller Weisheit aus dem ersten
Buche Mosi. Lipsiæ, 1685. 12mo.

Gazophylacium Evangelicum, Evangelische Schatzkammer/Norib.
& Ienæ, 1686. 4to.

Hermenetica sacra s. de legitima interpretatione literarum sacra-
rum. Lipsiæ, 1687. 12mo. Libellus paullo post recusus.

Ars arrium s. Chrematistica & ἐὺδαιμονία sacra, die Kunst reich
und selig zu werden Lipsiæ, 1687. 12mo.

Antiquitas Hebraica selectæ. Lipsiæ, 1687. 12mo. (è disputationi-
bus an. 1664. Wittebergæ habitis.)

Matæologiæ Judaicæ & Mohammedicæ principia & fructus. Lipsiæ,
1687. 8vo. (pleraque prodierunt sub titulo Fasciculi Dissertatio-
num Philologicarum, Witteb. 1667. 4to.)

Isagoge in Theologiam Positivo-Polemicam D. Kromayeri. Fran-
cof. & Lipsiæ, 1687. 4to.

**Evangelische Christen Schule/ oder Systema Theologiæ aus den
Evangelischen Texten gezogen** Lipsiæ, 1688. 8vo.

Isagoge & Hodegus in Christognosiam D. Stegmanni. Lipsiæ, 1689. 4to.

Nomen fatale Josephi, Predigt am Danckfest/wegen der Wahl und
Krönung K. Josephi gehalten. Lübeck/ 1690. 4to.

Antichiliasmus, oder Erzählung und Prüfung des vertrieglichen Trüms
der Chiliasen. Lübeck/ 1691. 8vo.

Predigt bey Einweihung einer neuen Cantzel/ Lübeck. 1691. 4to.

Abfertigung eines vermurdeten Chiliasen. P. Christians/ Lüb. 1692. 8vo.

Anti-Enthusiasmus, Lübeck 1692. 8vo.

Klugheit der Gerechten/ in 8. Catechismus-Predigten. Lübeck und
Leipzig/ 1693. 8vo.

Theologia Medica. Lubecæ & Lipsiæ, 1693. 8vo. recusa 1697. nebst ei-
nem Bedencken von Joh. Henrici vindiciis.

Besserung des heutigen Christenthums. Lübeck/ 1693. 8vo.

Gerechte Sache/ wider Hn. D. Spenern. Lübeck/ 1695. 8vo.

Anti-

Antimelancholicum alter, delineatus. 1695. 4to. & 96. 8vo.

Apostolische Christen-Schule / oder Predigten über die Sonntägl. Episteln. Lübeck und Rostock, 1695. 4to.

Scepticismus Spenerianus tripartitus. Lübeck / 1696. 8vo.

Freymüthiges Theologisches Bedencken von einem Geist / so sich unweit Rudelstatt sehen lassen. 1696. 4to.

Sendschreiben wegen D. Petersens Schriften. 1697. 8vo.

Videons Friedens-Altar / in einer wegen eines neuen Altars gehaltenen Predigt vorgestellt. Lübeck / 1697. 4to.

Edenda :

Thesaurus Hermeneuticus. Dresdæ, 8vo.

Anti-Calvinismus. Lubecæ, 8vo.

Antimelancholicum alter.

Theologia Juridica, &c.

* * *

Problema Physicum :

Notum & apud nos & exteros est *Sclopetum* quoddam *Pneumaticum*, quò pressione aëris ejicitur globus. *Quæritur jam sclopetum, quod omni evacuatum aëre eundem præstet effectum.* Παράδοξον prima fronte videbitur incautis, & inane illud seu ætherem eadem cum violenta compressione ac elaterio aëre *εὐεργυσία* gaudere, nemo gratis arguet. Res tamen succedet, nec pro ἀδυνάτω habenda. Id jam suo tempore primum tentavit magnum illud Germaniæ decus *Otto a Guericke*, Consul Magdeb. & Consiliarius Brandenb. in *Experimentis de Vacuo*; postea quoque *Sturmio* in *Collegio Curioso*. Sed perfecit hactenus nemo, quantum constat. Dabitur inde in gratiam eorum, ad quos hæc serius deferuntur, ad ulterius indagandum integri anni spatium; Si nemo intra statutum tempus quæsito satisfecerit, ab auctore divulgabitur inventum.



NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Martii M DC XCVIII.

WISMARIAE .

EA, quam praecedenti mense Februario p. 17. sub praelo calere diximus, Concio funebris, ab *Henningo Iohanne Gerdes*, SS. Theol. D. & Regio Superintendente Wismariensi, in exequiis Augustissimi CAROLI XI. Svec. R. an. 1697. d. 24. Nov. habita, nuper prodit, hoc titulo:

Der Triumphirende König Carl der XI. weiland der Schweden/ Gothen und Wenden Durchleuchtigster und Großmächtigster König. &c. unser Allergnädigster / Gottesfürchtigster / und Gnädigster König / welcher am 5. Apr. als am andern heiligen Ofter-Tage des 1697ten Jahrs alles überwand / mit gläubigen Triumpfh von hinnen fuhr / und uns das hochberrühre Nachsehen ließ / in schmerzlicher Niederlage tieff zu Herzen genommen / und am 24. Nov. selbigen Jahrs / als Seiner Höchsts. Königl. Majest. uns gebliebener Leichnamb mit Königl. Ansehnlichkeit zu Dero Ruhebette in der RittersholmsKirchen Dero Königl. Residence Stockholm begleitet ward / in einer Leichypredigt denen gang zerschlagenen Gemüthern der Königl. Stadt Wismar fürgetragen von Henning Johann Gerdes / der Heil. Schrifft Doct. und Königl. Superintend. der Wismarischen Kirchen.

Wismar / gedruckt bey Mathias Martini. 1698.
(26. plag. in fol.)

ROSTOCHII

Ioachim Lindemann / Theol. & Philos. D. Physices & Metaphysices Prof. Ord. Publ. ad Basilicam D. Mariae Archidiaconus, Facultatisque suae p. t. Decanus, superiori anno 1697. exeunte Martinalia literata celebravit, habita Oratione Panegyrica de *Endymione Academico*, commendante eruditionem dormitando parabilem.

Præcedenti mense Februario p. 19. & 20. nobis laudatus *Iob. Petrus Grünenberg* / Phil. M. & Pastor Luneburgicus, nec non SS. Theol. Baccalaureus, Præfide *Andrea Daniele Habichborst*, SS. Theol. D. & Prof. P. &c. d. 10. Februarii 1698. Disputationem Inauguralem, pro Licentia Doctorales in Theologia honores & privilegia ritè consequendi, habuit *de Filio Dei ex Aegypto vocato, ad Matt. II, 15. & Haf. XI, 1.* quæ priorem hujus argumenti Disputationem (de qua nuper l. c. egimus) ut pars ipsius posterior, continuat. (12. plag. in 4.) Candidatus hic Harburgæ Luneburgensium patre Quæstore an. 1668. d. 27. Jan. natus, & Helmstadii, Kiloniique (ubi Doctoris Philosophiæ seu Magistri gradum assumsit) literis innutritus, viso Belgio, Magnæque Britanniæ Regno, an. 1690. Scholæ Otterndorfiensis in Hadelia Rector datus fuit. Triennio post in patriam revocatus, simili ibidem officio ab an. 1694. ad 95. functus est. Tandem Ser. Luneburgensium Ducis GEORGII WILHELMII auctoritate ordini sacro fuit adscriptus, & trium cohortium militarium, sub WILHELMO Angl. R. in Brabantia contra Gallos merentium, per biennium & quod excurrit, Pastor exitit. Vnde jam, pace firmata, reversus, at nondum tamen dimissus, laborum immunitatem ad tempus est adeptus.

Idem præcedentis Disputationis Inauguralis Præfes, *Andreas Daniel Habichborst*, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. & Ser. Duc. Mecklenb. Consiliarius Consistorialis, Collegiique Professorum Ducalium nec non Facultatis suæ Senior & h. t. Decanus, d. 12. Febr. 1698. Disputationem *duodecimam* Partis II. Illustriorum Isaïæ locorum, de *Domino super nube levi equitante. & Aegyptum intrante*, ex Isaï. XIX, v. 1. Respondente *M. Iob. Ioachimo Weidner* Rostochiensis, habuit: Quam præterlapso d. 8. Januarii hujus anni præcessit ejusdem Professoris Præsidis Dissertatio *decima Isaïana*, de *Solio in misericordia stabiliendo, & sessuro super illo constanter in tentorio Davidis*, ex Isaï. XVI, v. 5. Respondente *Iob. Antonio Achterman*. Ut nunc præcedentes novem ejusdem partis II. ex Capp. XIII. XIV. XV. XVI. itemque 32. Dissertationes partis I. Illustriorum Isaïæ locorum, ad priora XII. Capi-

Capita Isaiaë habitas, prætereamus, in quibus omnibus præprimis genuinus locorum *sensu* indagatur, & corruptelæ veritati illius sensus obstrepentes ex fonte Ebræo & Accentuatione confutantur, simulque *abusus* locorum, ubi opus est, retunditur, & denique *usus* breviter monstratur, adeoque de argumentis quàmpluribus tum criticè tum Theologicè dissertatur.

Menſe Februario 1698. *M. Chriſtophorus Heinrici, & Jacobus Froreiff*, Sedino-Pomeranus, diſputarunt de *Anima hominis*, an ejus Spiritualitas, Immortalitas, & Indiviſibilitas, ex lumine naturæ demonſtrari poſſit. (3. plag. in 4.)

STRALESVNDÆ

Memorable nuper hominis longævi exemplum innotuit, & ex fide dignâ relatione Paſtoris Steinhagenſis divulgatum eſt. Nam in pago *Steinhagen*, qui unô ſaltim milliari ab hâc civitate diſtat, *Sexcentum & decem annorum* obiit, ac die 13. Febr. terræ fuit traditus, qui ad centeſimum ſextum uſque ætatis annum tantâ virum integritate polluit, ut ſumma tectorum ruſticorum culmina conſcendere & reſarcire valuerit. Immo *nonageſimô ſexto* ætatis annô adhuc *τενωγορία* non infelici ſucceſſu exercuit; quadriennio tamen ante obitum paullô infirmior langvidiorque redditus.

Scholion:

Senes bis pueros vetus vocare ſolet verbum; hunc noſtrum bis juvenem dixeris, cui raro ſanè exemplo in tanta ſenectute Corinthum adire contigit. Quadrat huc exemplum, quod refert D. *Georgius Segerus*, de *Martino Muckenſchmalz*, Fabro ærario, qui Thorunii an. 1670. circa feſtum Michaëlis mortuus eſt, ætatis annum decimum ſupra centeſimum numerans & 26. liberorum è duabus uxoribus genitor fuit. *Ephem. Nat. Curioſ. Dec. 1. an. 3. obſ. 163. p. 295.* Ejusmodi Senis rejuveneſcentis hiftoriam quoque ex *Loſice* refert D. *Lucas Schræckl. c. obſ. 78. p. 132. ſq.* Senis 120. annorum, cui dentitio integra in ſua ſenectute obtigit, mentionem facit D. *Chriſtian Mentzel Miſc. N. C. Dec. 3. an. 3. obſ. 15. p. 57. Matſchia Turſi*, Ruſtici Hungari, vitam ultra annum centeſimum & viageſimum protrahentis, ac fœcundi, meminit D. *Iob. Acoluthus, Miſc. N. C. Dec. 2. an. 4. p. 333.* Fœminam ruſticam novit D. *Joſephus Lan-*

zoni, quæ ætatem annorum centum & octo attingit: Religiosum item centum & sex annorum, hodiè forsan optimè valentem. *Ephem. Nat. Curios. Dec. 3. an. 1. obs. 25. p. 48* [9] Longævorum veterum exempla habet *Plinius l. 7. c. 1. conf. Majol. Tom. 1. Canicul. dier. colloq. 4. Gaup. Schottus in Phys. Curios. li. 3. c. 15. §. 3. Levinus Lemnius, de Occult. Nat. Mirac. l. 4. c. 24. D. Henrici Meibomi ad Seren. Brunsv. & Luneb. Ducem Epistola de Longævis. D. Conradi Bartholdi Behrens dissert. de Vita Longa; quosque præterea allegat D. Lucas Schräck, Ephem. Nat. Curios. Dec. 2. an. 3. Schol. ad obs. 15. p. 58. &c.*

GRYPHISWALDIAE

Ioachimus Landreiter, Rostochiensis, (*Iohannis Landreiters*/ Civis Rost. filius, natus 1672. & in Academia patria literis imbutus) sub Præsidio *Petri Mascovii*, Icti, Antecessoris & Consistorii Regii Directoris, d. 11. Februar. 1698. Disputationem Inauguralem Iuridicam habuit, *de eo quod præsumitur* (3. plag. in 4.)

STARGARDIAE

Præcedente mense Februario triginta Juvenes in Collegio Gröningiano literis operam novantes, Actu Oratorio Latino *Germaniam florentem* exhibuerunt; Cujus Actus interscena partim harmoniâ musicâ, odisque Germanicis sonorâ voce decantatis, partim verò congruis Inscriptionibus (præsentis anni 1698. numerum, laudesq; ac vota Imp. Leopoldo, Wilhelmo III. Angl. R. Friderico III. Elect. Brandenb. Illustri Pomeraniæ ulterioris Regimini, ejusdemque Proceribus, nec non Eugenio Sabauda, Turcarum Victori, dicata, continentibus) distincta fuerunt.

GEDANT

Die 5. Febr. typis excusa prodiit Oratio *Samuelis Schelvigii*, SS. Theol. D. & Prof. P. &c. *de Ottone Magno*, &c. quam mens. Ian. p. 10. memoravimus; eiq; annexum est Programmata, quod inaugurationem *Iohannis Godofredi à Dieffeldorff*, I. V. D. & Com. Palat. Cæsar. nec non Athenæi Gedanensis Prof. P. præcesserat.

HAFNIAE

Corpus Juris Danici, sive *Codicem Christianæum*, Augustissimi

stissimi Daniæ Regis CHRISTIANI V. auspiciis, ex omnibus Regni hujus Legibus antiquis, Regiisque edictis collectum; & Hafniæ an. 1683. in 4. editum; ex idiomate Danico in sermonem Latinum transtulit D. *Weghorst*, Consiliarius Regius.

HADERSLEBIAE

Sub initium mensis Februarii vivis excessit *Hermannus Grube*, Eubecensis, Phil. & Med. D. ac Physicus Haderslebiensis, nec non Academiæ Naturæ Curiosorum (ab an. 1685.) Socius, dictus *Palamedes*; non artis tantum Medicæ, sed elegantiorum quoque literarum peritissimus. Is Helmstadii, Ienæ & Lugduni Bat. literis imbutus, an. 1666. gradum Doctoris obtinuit, & Haderslebiæ sedem sibi figens, inde quidem an. 1675. Flensburgum concessit, at mox sequenti anno Haderslebiam repetiit, ubi Physici ordinarii munere functus est. Scripta quædam non vulgaria typis tradidit, quævalia sunt:

Disp. de Odoratu Resp. Franc. Wörger. Ienæ, 1663. in 4.

Disp. de Qualitatibus occultis. ibid. in 4.

Disp. de vita & Sanitate Plantarum. ib. 1664. in 4.

Disp. Inaug. de Gonorrhœa. Lugd. Bat. 1666. in 4.

Analysis malis citres compendiosa. Hafniæ, 1668. in 8.

De Arcania Medicorum non arcanis commentatio. Hafniæ, 1673. in 8.

De Transplantatione morborum. Analysis nova. Hamburgi, 1674. in 8.

De Vi Musces in lœtu Tarantula. in 8.

De virtutibus Simplicium cognoscendâ. in 8.

Plurima etiam affecta & inedita partim in hisce scriptis suis, partim verò in Catalogis nundinalibus promissit, ut:

Continuationem comment. de Arcaniis Medicorum non arcanis, cujus

Sectio prima tantum prodit.

Observationes Medicæ.

Tract. de usu & abusu purgantium. qui an. 1681. jam ad prælum paratus fuit.

Phlebotomiam a contemptu recentiorum vindicatam.

Examen Pulveris Symparhetici.

Comment. Physico-Medicum de Succino.

Tract. de Umbra quarundam arborum noxia.

Superiori anno 1697. prodit

Samuel Reyhers / Kieilschen ICTi und Mathematici neu erfundenes
Uhrwerck / nach welchem das Sonnen-Jahr also abgemessen wird/
daß vermittelst desselben der Calendar in einen gewissen und der
Dacur gemäßen Stand könne gesetzt werden. h. e.

*Samuelis Reyheri, ICTi & Mathematici Kiloniensis, Horologium
noviter inventum; quo annus solaris ita mensuratur, ut
Calendaria ad certum ipsique naturæ consentaneum ordinem
queant reduci.* 1697. in 4. (plag. $1\frac{1}{2}$. cum fig. æn. 1.)

Novum hoc Horologium (teste figurâ æri incisâ)
ita comparatum est, ut dies non tantum in 24. horas longas, sed
etiam in 29. horas breves disp. scatur; quo ipso fit, ut Annus so-
laris ex 365. diebus, ac 7. horis brevibus constet, nec ullum minu-
tum temporis vel superfit vel deficiat. Attamen hoc inven-
tum denuo sub incudem revocaturus ac idiomate Latino descriptu-
rus Cl. Auctor, sequentem *annotatiunculam* addere necessarium du-
xit, quæ ipsius verbis concepta ita habet:

Anmèrkung zum neuen Uhrwerck:

Wellen diese Uhr/so den Tag in 29 Stunden eintheilet/noch nicht
völlig mit den besten Astronomis überein trifft / indem sie sich auff des
Zarlini Jahrs-Länge gründet / welche 365. Tag/ 5. Stunden/ 47/.
 $35\frac{1}{2}$ austrägt/ desgleichen auch Kirch/welcher in einem seiner
Calendar an statt 29. die Zahl 33. brauchet/so kan man aus diesen bey-
den Eintheilungen einen andern Cyclum zusammen setzen / daß die
Calendar auffß genaueste mit den besten Astronomis einreffen/ wenn
also 6 mahl die Zarlinsche Uhr von 29. Stunden gebrauchet/ das ist/
wenn man in 6. mahl 29. Jahren 6. mahl 7. Schalt-Tage gebrauchet/
darnach in 33. Jahren 8. Schalt-Tage einsetzet / drittens in 5. mahl
29. wieder 5. mahl 7. Schalt-Tage/ viertens in 33. Jahren 8. Schalt-
Tage/ und fünftens in 7. mahl 29. Jahren 7. Endlich zum sechsten
abermahl in 33. Jahren 8. Schalt-Tage einrücket / so werden in 192.
Jahren 145. Schalt-Tage eingeschaltet. Als dann nimbt man wieder
die vorige Ordnung in acht / so wird in viel tausend Jahren nicht eine
viertel Stunde Unrichtigkeit vorkommen.

Elias

Elias Augustus Strykius, Lenza-Marchicus, I. V. D. & hæcenus in Academia Cimbrica ab an. 1689. Iuris Publ. ac Novell. Professor P. Ord. Kilonio *Hanoversm* discescit ad *Consiliarii* Electoralis munus suscipiendum. Disputationes Kilonii sub ipsius præsidio habitæ, tam inaugurales, quàm exercitii gratia, sunt sequentes:
de Matrimonio præsumto, 1690. 1. Feb. (5. plag.) Resp. *Ioh. Cass.*

Kallenberg, Molschlebia-Thuring.

de Matrimonio ex ratione statum, 1691. 27. Maji (4. plag.)

Resp. *Ioh. VVilmuth.*

de Proclamatione & Banne homicidæ fugitivi, vulgò *Baar-Recht*, 1692, 22. Mart. (5½ plag.) Resp. *Deilev. Ioh. Major*. Kilia-Holst.

de eo quod iustum est circa ludos scenicos, Operaque modernas, dictas vulgo & peren. 1693. mens. Ian. (7. plag.) Resp. *Georg. Bertich*, *Helmershufa-Franco.*

de Juramento purgatorio in causis civilibus, 1694. (4. plag.) Resp. *Henr. Christian. Strycke*, Lenz. Marchico (Præsidis fratre)

de Domicilii mutatione, 1695. 8. Maji. (7½. plag.) Resp. *Iacobo Iohn*, Hamburg.

de Transactione super delictis, 1695. m. Sept. (7½. plag.) Resp. *Ioh. Oluffen*, Rendsburg.

de Apprehensione debitoris fugitivi. Inaug. 1695. m. Octob. (5. plag.) Resp. *Iacobo Iohn*. Hamburg:

de eo quod iustum est circa colloquia, & alloquia. Inaug. 1696. m. Apr. (6. plag.) Resp. *VVilh. Henr. Dullao*, Altena-Westph.

de Contractibus tacitis, 1696. Resp. *N. Valert.*

de designatione patris a matre infantis facta, 1696.

de Iure novellarum, von neuen Zeitungen, 1697. m. Octobr. (5. plag.) Resp. *Sam. Frid. Hagen*, Lenz. March.

Præter has Dissertationes Kilonii ventilatas, ipse D. Stryckius olim Francofurti ad Viadrum sub Præsidio D. *Ioachimi Hoppen* disputavit *de loco*, 1682. (10. plag.): nec non pro Licentia præside D. *Samuele Stryckio*, de *Communione & Appellationis*, occasione l. ult. C. de Appellat. 1687. 12. Aug. (7. plag.) Berolini quoque elaboravit Dissertationem *de Efficacia Renunciationis fori hodierna*, ad l. 29. C. de Pact. contra communem Practicorum Germanorum pariter & Italorum

lorum opinionem defenſa , quæ Francofurti ad Viadr. an. 1688. prodit. (6. plag. in 4.)

Ioh. Ludovicus Hannemann , Med. D. & Philoſophiæ Naturalis Profeſſor P. Ordin. Leopoldinæ Societatis Collega, dictus Neſtor II. poſt varia ingenii monumenta , hæſtenus typis mandata (quælia ſunt :

Artis nova Chymatica enervata. in 12.

Spiritus univerſalis mundo reſtitutus. Stadæ, 1670, in 12.

Predromm Lexici utriuſque medicina præctica. Hamb. 1670. in 12.

Fæſciculus miſcellanearum quaſtionum LX. in 4.

Ovum Harvaanum de generatione homini ex ovo. Kil. 1694. in 4.

De Sanguificandi organo Exercitatio. in 4.

Methodus cognoscendi Simplicia vegetabilia. Kil. 77. in 4.

Scrutinium Nigredinis poſteriorum Cham. in 4.

Ætiologia facultatis purgantis. in 4.

Phoenix Botanicus de reſuſcitatione plantarum ex ſuis cineribus. in 4.

De Uſu & abuſu ænëbriaminum. Norib. 1679. in 4.

Idea Diſpenſatorii. in 4.

Oculus Tauri. in 4.

Commentarius de Auro. in 8.

Fæſciculus quatuor Epistolarum. in 4.

Cato Chemicus. in 12.

Zacharius Pontifex ſeu Commentarius de Appellatione ad Vallem Joſaphat. Hamb. 1696. in 8.

Pium caſtum & devotum Philoſophia adepta & Theologia orthodoxa oſculum. in 8.)

jam typis Hamburgeniſibus imprimi curat librum, cui titulus :

Mysterium Papali corona inſcriptum Non-Ens, ſeu Commentarius in Cap. XVII. v. 5. Apocalypſeos.

Apud eundem D. Hannemannum ad prælum parata jacent ſequentia :

Syſtema Philoſophiæ Naturalis Ecclæſtica.

Commentarius Philoſophico-Medicus de Pane.

Commentarius de Penticulo.

Cenſura 4. Epistolarum.

Due Chiliade meditationum variis argumenti.

Commentarius in Historiam Passionis.

Quæ autem sub manibus elaboranda habet, hæc sunt:

Cornelius a Lapide enucleandus, & orthodoxia afferendus.

Commentarius de montibus Grifim & Ebal.

Polymathia universalis ex Epistolis erudenda.

Taumatographia Microcosmi.

Commentarius in observationes Lomii.

Systema Præceos Casibus illustratum.

Genius hujus labentis Seculi in Theologia, Jurisprudencia, Medicina, Philosophia, Philologia & Historia. Cuius altera pars sistit genus Seculi in Pacis & Belli negotiis.

Chilias Observationum variis argumenti.

Systema Physiognomia, & Chiromantia juxta Experientia principia adornatum.

Systema Philosophia universa Biblica.

Commemoratio Casuum Tragicorum, in Bibliis occurrentium, cum applicatione Casuum Tragicorum hujus seculi.

Exercitatio Philosophico-Theologica de Scientia Dei Media.

Censura vel Examen Impiorum Dogmatum Vorstianorum.

Nova quoque editio libri, Kilonii anno 1675. in 4. (plag. 18.) impressi, prodit, cui titulus:

Johannis Suchsen, Icti, Civitatis Kiloniensis p. m. Consulis meritisimi, de solennibus Appellationibus tractatus, in quo materia de Appellationibus solennibus ex insignioribus Practicis, observationibus forensibus, & Prajudicatis perspicue digesta est & elaborata. Cum Indice capitum & rerum.

Kilonii, impensis Io. Sebastiani Richelii, 1698. in 4.

Idem B. Auctor Tractatum edidit de Inventario, Kilonii 1672. in 4. (1. Alphab. 2. plag.) nec non *Holssteinisches Ding und Recht*. Kiel/1687. in 4. (4½. plag.)

Sub prælo denique est iterata editio libri, quem *Georgius Paschius*, Prof. P. jam ante aliquot annos vulgaverat, hoc titulo inscribenda:

Georgii Paschii, in Academia Kiloniensi Professoris, de Novis inventis, quorum accuratiori cultui facem prætulit Antiquitas, Tractatus, secundum ductum Disciplinarum, Facultatum atq; Artium in gratiam curiosi Lectoris literis concinnatus.

Capite 1. Libri hujus (vel 5. Alphabeta complexuri) agetur de Inventis Nov-antiquis in genere. 2. De Disciplinarum atqve Artium liberalium instauratione & augmentis. 3. De novæ Sectæ conditore Cartesio. 4. De aucta sensim doctrina Morali novisque ejusdem accessionibus. 5. De varia fortuna doctrinæ Juris, novoque ejusdem habitu. 6. De Inventis Medicis. 7. De Inventis Physico-Mathematico-Mechanicis. De Theologia non occurret peculiare caput, sed quæ eo spectant suis passim locis inferentur, v. g. in doctrina Logica de Methodo agendum erit de primis systematum Theologicorum auctoribus &c.

Idem Georgius Paschius singularem tractatum molitur *de Senili pariter atqve Juvenili Theologia facie*; aliumque affectum ac prælo paratum habet, cui titulus: *De variis Moralia tradendi formis modisque liber*. Istius caput 1. sistet ea, quæ pertinent ad rationem tractandi Parabolicam, Mythicam seu Poëticam. Cap. 2. Dialogisticam. Cap. 3. Satyricam. Cap. 4. Paradigmaticam, seu Exemplarem. C. 5. Dogmaticam, Characteristicam, Paræneticam seu Præceptivam, Aphoristicam ac Gnomologicam: Quò referenda Adagia, Apophthegmata, Emblemata, Hieroglyphica, Inscriptiones atqve Symbola. Cap. 6. Apodicticam seu Demonstrativam & Systematicam.

Wilhelmi Hulderici Waldschmidt Med. D. & P. P. Solutio Problematis, ab Anonymo mense Februario p. 32. propositi.

Stupendi ab aëris condensatione producti effectus, cum illis, quos ex metu vacui, aut sublato potius aëris externi cum interno æquilibrio, oriri videmus, inventioni variorum instrumentorum, quibus ope aëris maxima in Mechanicis præstari potest utilitas, ansam præbuere, quibus omnibus recensendis nunc immorari nec libet nec licet. Sufficiat hîc bombardæ sive sclopeti pneumatici, occasione Problematis, à Viro, ut apparet, in Experimentalis Philosophia

phia optimè versato, ad ulteriorem indagationem Curiosissimis commissi, paucis meminisse. Hujus quidem sclopeti, modo ordinario fabrefacti, & ex compressione aëris (qui sui juris factus resilit, & elasticitatem exercet) eundem, quem pyrii pulveris in bombarda accensionem sequi videmus, effectum producentis, descriptionem & fabricam tradidit Lipstori in Specim. Phil. Cartesia-næ p. m. 164. Cl. verò hujus Problematis Auctor de novo tormenti aërei genere, quod per vacuum, aut aëris absentiam, eundem cum priore præstet effectum, cogitandi præbet occasionem; cum verò de hac re ad effectum perducenda jam sæpè cogitaverim, meam opinionem pace Cl. Dn. Auctoris hic aperiam. Duplici autem ratione res perfici posse videtur, nec, ut puto, de felici dubitandum est successu. Prior modus est ille, quem Dn. Guericke proponit p. 112 Exper. Magdeb. & qui à Celeberrimo Sturmio part. 2. Colleg. Exper. p. 241. sq. quodammodo emendatus, additâ hujus effectûs causâ, legi potest. Verùm, quod prælaudatus Dn. Sturm-ius l. c. p. 252. dicit, in mente jam esse, & oculis quasi obversa-ri formam tormenti novam, quæ recipientis exhausti applicatione penitus non indigeat, &c. illud facilè effectui dari posse confido, hoc modo: Formetur è cupro vel ferro tubus, instar tubi sclopetarii, cu- jus orificium posterius exactissimè sit clausum. Circa mediam hu- jus tubi partem, penetret eundem pinna aut stylus ferreus satis ro- bustus, cui innitatur globulus plumbeus, corio madefacto invo- lutus, ut arctissimè claudat hanc tubi partem, nullumque peni- tus aërem admittat. In parte postica, sex aut plurium pollicum latitudine à fine tubi, alius applicetur tubus, instar Syringæ cum embolo, cui propè connexionem cum tubo sclopetario duo affixa sint epistomia, quorum unum apertum aërem extracto embolo in Syringam admittat, clausum verò regressum in sclopetum impedi- at; alterum verò aërem in syringa contentum foràs emittat, simili prorsus ratione, quâ id fit in Antliis Belgicis à Senguerdo delinea- tis. Exhaustiri poterit hac ratione omnis, qui retrò globum est, aër, ipseque globus, extracto aëre eundem non poterit sequi, ob- stante, de quo antea dictum, ferreo stylo. Syringa verò, occluso foramine tubi sclopetarii, removeri poterit. E regione autem in tubi parte alterâ, duorum à fine pollicum latitudine, exiguum fiat

foramen, illius instar, quod pulveris incendiarii flamma in aliis bombardis, pyrio onustis pulvere, ingreditur (Zündloch) cui ab intra valvula applicetur aut ventilium, quod stylo ferreo firmetur, ne ab aëre externo præter intentionem artificis removeri possit, ita tamen, ut pro arbitrio aperiri hoc foramen, & externo aëri queat concedi aditus, qui quàm vehementissimè explodet globum, majori sanè, quàm in bombardis pneumaticis per aëris compressionem operantibus fieri consuevit, cum violentia. Quod si hic tubus ligneo adapteretur receptaculo, faciem bombardæ undequaque nitidæ exhibebit, & ad scopum quemcunque dirigi poterit. Quin & aëris loco admissa aqua eundem effectum globique projectionem producet. Denique, quamvis persuasum habeam, posse hoc modo Problemati satisfieri, hæc tamen omnia ulteriori Curioforum examini committo, exactam totius instrumenti delineationem, si hæc non ingrata fuisse intellexero, communicaturus.

PLOENAE

In gratiam eorum, qui artem Culinariam exercent, aut variis etiam gulæ deliciis sive irritamentis capiuntur, Coquus Ducalis librum vernaculum edidit, cui titulus:

Traiteur à la mode, welcher der delicaten und neubegierigen Welt darlegt ein neues vortreflicheres Kochbuch / worin zu finden/ wie man so wohl Hochfürstl. als anderer vornehmer Höfe Taffeln nach besser Manier des heutigen Estats mit wohlgeschmeckten Speisen galant versehen kan/ &c. durch Hans Schuppen/ der Hochfürstl. Durchl. zu Holstein Plöden ickiger Zeit bestallten Mund-Koch.

Lübeck und Leipzig/ bey Peter Böckman/ 1698. in 4. (1. Alphab. 3½ plag.)

LVBECAE

Prælo typographico tandem liberata est
Jacobi à Mellen, Lubecensis, Syllage Nummorum ex argentea uncialium, vulgò Thalerorum seu Imperialium, quos Imperatores, & Reges Romanorum, nec non Austria Archiduces signari jusserunt.

Lubecæ, apud P. Böckmannum, & Joh. Widemeyer, typis
 Christoph. Gothoff. Venatoris, 1698. (27. plag. in 4.)

Syl-

Syllogen hanc Nummorum ex argento uncialium, seu, ut vulgò vocari amant, Thalerorum (cujus *Specimen*. instituti modum ac rationem docens, jam ante biennium Hamburgi prodiiit) in certas *Classes*, easdemque in suos iterum *Manipulos* distinguere ac dior constituerat. Quapropter etiam superiori anno *Manipulum I. & II. Classi I.* evulgavit. Jam verò certis de causis mutavit consiliū, placuitque ea, quæ cuivis Classi destinata sunt, peculiari libro complecti. Hic igitur tractatus nummos unciales *Imperatorum & Regum Romanorum*, nec non *Archiducum Austriae* continet, qui accuratè aeri incisi, Commentario Historico, Genealogico & Heraldico illustrantur, adèò ut liber iste Fastorum Austriacorum locohaberi queat, qui argenteis, ut ita dicam, monumentis (per duo, & quod excurrit, sæcula) augustissimæ gentis memoriam conservant. Ejusdem operis versio *Germanica* (cui titulus *J. von W. curiculus Thaler. Cabinet/ &c.*) adornari cœpta est, sed ejus prior tantummodo pars superiori anno 1697. prodiiit (7. plag. in 4.)

Varia hætenus scripta Theologico-Philologica evulgavit *Franciscus Wörgerus*, Lubecensis, ut sunt:

Conciliatio S. Marci cum Iohanne super *horam*, qua cruci affixus est Dominus. Hamb.

Hakeldama sive conciliatio S. Matthæi cum Ieremia, super *agrum sanguinis*.

De Davide extirpante horribiliter *Ammonitas*. Lub.

De Leviathan, & quoniam in Iobi 3. Capite v. 8. sint *maledicentæ Dicit*, Lub.

De Signo filii hominis in celo. Kilon.

De Hædu separandis ab Ovibus in iudicio.

De Mense nascentis Domini.

Symbolæ Theol. & Hist. ad Exercitation. *Gronovii de Suspendio Proditoris Judæ*, Lubecæ, 1688 in 12.

De submergendo capite scandalizanti: cum lapide molari. Lub. in 12.

De Benedictione Sacerdotali. Helmstad.

Oedipus sacer super Evangelia.

Psychologia Salomonis, contra Spinosam. Hamb. 1686.

Historia Hamelensis contr. *Martinum Schoockium* defensa, Hamb. 683.

De Vrbe *Chorasin*, contra *I. D. Majorem*. 1687.

Ejusdem defensio, sive ultimæ Executiæ *Regionis Sin.* 1687.

Vastatio *Babylonis* Assyriæ Lub.

Vastatio *Sepulchri Domini*. Lub. 12.

De *Avibus Salomonis* arcanorum delatoribus.

De *Fontibus Salomonis* hortos irrigantibus. Lub.

At idem plura alia (nobis visa) prælo parata habet, sumptus editoris saltem expectantia, qualia sunt:

Relaxationum Historico-Politicarum libri duo.

De *Adventu Messie* in regno suo.

Dissertatio de *Vitulo Aaronis*. De *Vulpibus Samsonis*.

De *Aspide obturante aures* coram Incantatore.

De *Vxore Lotis* in statuam Salis versâ.

De *Bethsemitis* apud Arcam Domini prostratis.

De *Pueris Bethelensibus*, coram Elisa dilaniatis.

De *Signo Prophetae Iona*. De *Puce* in quo sepultus est *Ionas*.

De *Sanctis* qui cum Christo resurgente & ipsi sunt suscitati.

Num *Papa Romanus* sit *hostis Crucis*?

De *Enocho*, *Elia*, atque *Paulo*, in Cælum raptis.

De *gloria Salvatoris transfigurati* in monte.

De *Corvis* panes & carnes afferentibus *Elia*, & de *potu* ejus è torrente Crihti.

De *Rachele* clanculum surripiente *Teraphim* Labauo.

De *Iacobo luctante* cum Filio Dei,

De *Statere* invento in ore piscis, quo didrachmam persolvit Petrus.

De *S. Johanne* strenuè illibatam honorem Virginis *S. Mariae* tutante sibi a Domino commissæ,

De *Messia non rapinam arbitrante esse æqualem Deo*.

Pentateuchus, a frivolis *Spinoza* cavillis vindicatus.

De Responso Christi: *Si cum volo manere* &c. Ioh. XXI, 22.

Concio symbolica *Dominus Providebit*, Gen. XXII, 8.

Ejusdem Francisci Wörgeri *Conciones vernaculas* (quarum aliquas tum Hafniæ & in aula coram Seren. Rege FRIDERICO III. tum Lubecæ an. 1668. habuit) Daniel Pauli, Bibliopola, quidem an. 1678. Francofurti edidit; Sed præmaturo ejusdem obitu duabus partibus modò 21. sunt divulgatæ, quas deinceps auctor quatuor gran-

grandibus voluminibus continuavit. Titulus earum vernaculus est: *Christlicher Flumenthal / sive Vallis sacra florum*, &c. Præter has Conciones (quibus non tantum ordinarii textus Dominicales & Festales, sed alia quoque dicta Biblica quamplurima, explicantur) vernaculos tractatus varios idem auctor elaboravit, qui agunt: De *Resurrectione carnis*, contra Atheos.

De *inverso Mundo*, & quodnam illi judicium brevi immincat.

De *S. Pauli luctâ foris cum morte*.

De ejusdem *preparatione cordatâ ad mortem*.

De *Ægrotis ad subeundam foris ac Christiani mortem ab eo confirmatâ*.

Post editam hætenus partem I. & II. *Polyhistoris* Celeberrimi viri *Danielis Georgii Morhofii*, (quarum posterior denuò hoc anno prodit) Petrus Böckmannus, Bibliopola Lubecensis, seriò id agit, ut partes *rel. quæ*, ad posthumos hosce de Notitia auctorum & rerum commentarios pertinentes, obstetricantibus Eruditis nonnullis Lipsiensibus, propediem typis excribantur.

Johannes Casparus Glotzen, Phil. Mag. post publicatam concionem contra Pontificios, quam vocat: *Lilium inter Spinas*, das ist / malriechende Evangelische Wahrheit / wieder die giftige Lust des Pöbstlichen Irrthums. &c. Lübeck 1696 (3½. plag. in 4.) tractatum Oratorium molitur, cui titulus erit:

Orator Ethicus, sive doctrina de Stylo, quâ ars ejusdem & methodus dicendâ exactè & perspicuè docetur, cum necessariis fundamentis & mediis ad puriorem Eloquentiam facilliter perveniendi; adjectis de materiâ Ethicâ exemplis, varias Styli formas exhibentibus, ad usum & commodum literatæ juventutis concinnata. (1. Alphab. in 8.)

Idem typis vulgabit tractatum Germanicum. (1. Alphab. in 8.) ejus hæc est Inscriptio: Des. Welt-Geistes Weisheit ohne Bewußtheit / Licht ohne Erkänntniß / Lehr ohne Grund / Wissen ohne Gewissen: das ist: Ausführliche Erläuterung der fruchtlosen Welt-maximen. und thörligsten Klugheit des Fleisches / in welcher durch der Welt.eigene Schlußreden und application der Gründe / so wehrl.

wohl der Natur als Philosophie. die Welweisen ihres Selbstbe-
trugs / todtter Erkenntniß und Blindheit überwiesen / zu der Weisheit /
die Licht / Geist und Leben / das ist / himmlisch / geistlich und göttlich ist /
gebracht werden.

Henricus Cordes, Arithmetica, Algebra, aliarumque eo
pertinentium disciplinarum amantissimus, nec non Orphanotro-
phi Lubecensis Informator, & Societatis Arithmetico-technica
membrum, (in der Kunst Rechnungs-liebenden Societät der Con-
tinuierende) post editum hactenus librum vernaculum, hoc nomi-
ne insignitum

Der neu-angelegte Historisch-Algebraische Gartenbau / &c. h. e.

Hortus Historico-Algebraicus &c. cujus prior pars Hafniae

an. 1691. in 8. (plag. 13.) posterior verò Raceburgi

an. 1696. in 8. (plag. 8.) prodiiit,

novum jam similis argumenti tractatum parat, cui titulus:

Historisch-Algebraische Nebenstunden / in sich fassend 51 curieuse
und anmuthige Historien / welche aus bewährten Geschichts-
schreibern mit grossen Fleiß ausgearbeitet / in die edle Algebra
verfasset / aufs deutlichste resolviret / und allen forhanen
Kunst und Historien begierigen Gemüthern zu sonderbarem
Nutzen und Ergetzung / auff eine vorhin schwerlich versuchte
Art vorgestellt / von Hinrich Cordes / &c. Raceburg / bey
Eigmund Hoffman 1698. in 8. h. e. *Hora succissa Histo-
rico-Algebraica*, s. *historias variores, ad Algebra
relatas, & perspicue resolutas, continen-
tes, &c.*

Methodus auctoris hæc est, ut elegantes varii argumenti hi-
storias è probatis scriptoribus depromptas, verbisque vernaculis
conceptas, afferat, præcipue autem tales, quibus aliquid numero-
rum ineat; unde problemata Arithmetica & Algebraica formandi,
eaque simul artis lege resolvendi, uberrima ipsi na-
scitur occasio,

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Aprilis M DC XCVIII.

WISMARIAE

*Johannis Gröningii J. U. D. Cogitata
circa methodum concinnandi Historiam Civitatum
ad exemplum Patriæ.*

Res a Principibus præclare gestæ suos Præcones ac Ebuccinatores sat multos invenere, parcius Civitates. Terruit ab utili atque nobili instituto, ut videtur, alios Labor, alios insufficiens apparatus, cum ad Archiva Civitatum, ad commercia Literatorum, ad curiosa *κειμήλια*, quæ quisque inter privatos parietes premit, liber patere debeat aditus. Sed uti convenit ad tradendam exactam historiam, ut quisque suæ Gentis consignet annales, ita laborem compenset, & defectum apparatus sublevet Amor Patriæ, Popularem communia Vota, Vicinorum omniumque bonorum primum inserviendi studium. Hunc in finem quæ ad Historiam laudesque Patriæ spectant, titulo *Antiquæ & Novæ Wismariæ*, IV. Libris colligere cœptum. *Primo* recensentur prima Urbis incunabula, quæ Wismaro Obotritorum Regi debentur: In Adolescentia, Majorum egregia facinora, nec Italici ob imperium, quod devicto Augustulo in eos obtinuerunt, ignota: In Juventute, quicquid sub regimine Ducum Megapolitanorum memoratu dignum accidit: In provehentiori ætate, quæ sub clement. moderamine Regum Sveciæ præclare gesta. *Secundo Libro* ingenium situs delineabitur, quo urbs admirabilis, eoque nomine valde illustris, cum Natura & Ars mutua grataque quadam æmulatione in hunc finem conspirasse videantur; ab una enim parte dum Mare Balthicum commode alluit, Portus validissimum integræ Classi asyllum est, & Castellum invictum, nostris *Wobisch*, Neptuno Leges dicit & Mari Balthico compedes injicit. Ab altera parte paludes & fortissima

G

Valla,

Valla, quibus cingitur, tutissimum Civibus præsidium. Non minus hic describentur adjectis figuris ædificia publica, Tempa, Curia, & quod primo loco memorandum fuisset, Palatium antiquum Ducale, quo nunc tot Provinciis, quo tot Civibus jus dicitur. *Tertio Libro* tradetur Historia Nummaria, Nummi sc. Bracteati, aliiqve majoris & minoris formæ, qui olim & nunc in usu, ut & Numismata quædam additis figuris explicabuntur. *Quarto Libro* Historia Literaria colophonem operi imponet: Hic sistentur nomina Literatorum, qui jam ab ali quot seculis apud nos floruerunt; Eorum Effigies, Vita, Bibliothecæ, egregia scripta: Nomothesia tam Curie quam summi Tribunalis Regii, quod nec Officio Præfecti Prætorio apud Romanos, nec Senatui Areopagitico apud Græcos auctoritate & sanctitate Legum cedit, imò Italicorum Rotas, Gallorum Parlamenta, (si peregrino nomine licitum βαρβαρίσσειν) & plurima Germaniæ suprema Judicia ob amputatos Processuum anfractus & ambages superat. Et major forsitan, quam quidem pluribus persuasum, Patriæ remanebit Nominis fama, quod haud infœcunda hucusque optimorum ingeniorum Mater fuerit, cum non pauci ibidem prodire Viri eruditione atqve scriptis apud cultiores Europæ populos notissimi. Inter quos nominasse suffecerit, *Poghsium*, *Schubartzkopffium*, Consules, *νὺν ἐν ἀγίοις*, ac *Morhofium*, Professore quondam Kiloniensem, (cujus in Poësi, Philologicis, Historicis & Physicis scripta vastissimum ipsius ingenium & per omnes literas diffusum arguunt;) Non minus inter eos, qui in summo Tribunali Regio munia obierunt, magnum nomen est Vice-Præsidis *Davidii Mevii*, ICti πολυματέστατος, hujusve Seculi Papiniani, cujus insignia in Jurisprudentiam tranierit ex tot divulgatis spissis Voluminibus nulla unquam oblitterabit oblivio. Ne nunc de aliis quidquam memorem, præsertim qui ob egregia merita e gremio nostro ad splendida officia a Principibus Germaniæ, & ab ipso Invidiosissimo Romanorum Cæsare sollicitati, dignisque Virtutum præmiis nactati, cum hæc suffecerint inde arguendi, nec Minervam his terris exulare, nec apud Nos omnia fringere. Quæcunque interim in laudem Urbis dici merentur, ad dicta Capita referri possunt. Scripti utilitas facile se prodat, &

vix

vix alieno praconio indiget: cum satius certè fuerit longeqve utilius in eo vires & otium impendere, quam ex sex compingere septimum cujusdam doctrinae Systema seu crambem centies coctam cum summa orbis eruditi nausea iterum recoquere, quod servilis ingenii est, & Exterorum cacchinno dignum. Continuabitur cum incepto, modo ad perficiendum subsidia superius requisita sufficienter concurrant. Ut alii nostrum quale quale exemplum imitari haud dedignentur, & ad simile studium properent, in incrementum rei literariae exoptandum, utinam & sperandum.

R O S T O C H I I

Quod Celeberrimus olim Polyhistor *Morbosus* in animo habuit, nec non aliquoties promisit, scilicet editurum sese dissertationem *de meritis Germanorum in rem literariam*; Id nuper post tanti viri fata Rostochii aggressus est M. *Bernhardus Petrus Karl* Osnabrugensis, & respondente *Christiano Friderico Teichmanno*, Guhra Silesio, meditationes suas, quas vocare amat, crudiores *de Germania artibus literisque nulli secunda* d. XIII. Kal. Mart. 1698. publicè exposuit; eà occasione conscriptos literarum patres, quos fecundissima literarum ingeniorumq; optimorum mater Germania hodieum sinu suo fovet & alit, ad vindicandam ab exterorum passim cavillis patriam, & asserenda illustria in omnis generis literas Germanorum merita, modeste obtestatus. (7½. plag. in 4.) Post eruditum hujus dissertationis prologum, in illa de mutua nationum inter se æmulatione, earumque adversus Germanos invidia agitur; Adduntur autem simul vindices contra Germano-mastyges, a malignitate sua descriptos. Hinc varia Germanorum merita in rem literariam producuntur, v. g. in Philologiam sacram, in lingvas Orientales, in rem Nummariam, in Mathesin, Musicam, & Opticam, in Astronomiam, in globos cœlestes, in Ephemerides, in Calendaria, in Architecturam militarem, in Geographiam, in Chronologiam, in Typographiam, &c. Afferuntur deinde Germani Horologiorum inventores, Pictores, Poëtæ celebriores, ut & Principes Germanorum literati, eorumque in literas merita. Succedunt Germanorum merita in Criticam, & Historiam, sacram in primis & Ecclesiasticam, in Phi-

lofophiam naturalem, in artem Medicam, in Juris Civilis doctrinam, & in studia Juris Canonici. Tandem opus hoc ingenua exterorum nonnullorum de Germanorum meritis confeffione, ac modesta Eruditorum Germaniæ obteftatione, clauditur.

Albertus Ioachim Krakevitz, Eqves Megapolitanus & SS. Theol. Cultor (D. Bartholdi Krakevitz, Superintendentis Pomeraniæ citerioris, & Professoris Gryphisvaldenfis, Pronepos) postquam ante sexennium ferè sub præsidio D. *Iob. Fechtii* in hac Academia de *Nobilitate Studii Theologici*, nec non Hafniæ, Præsides D. *Hectore Gothofredo Masio*, de *Mortificatione membrorum terrestrium*, disputavit, in almo hoc Musarum Roseto nuper d. 9. Martii 1698 sub præsidio *Iob. Nicolai Quistorpii*, SS. Theol. D. & P. P. Pastoris Nicolaitani, ac Ministerii Directoris, nec non Academiae Rectoris, nova Disputatione habita, Decadem Thesium maxime controversarum *De Christo unica nostra Spe*, publicè ventilandam proposuit. (3½ plag. in 4.)

Gerhardus Matthias Röhr, Hamburgensis (filius *Christophori Röhr*, Med. D. & Practici, natus an. 1672. d. 19. Nov. & Ienæ ac Francofurti ad Viadrum literis imbutus) præside *Iohanne Ernesto Schapero*, Med. D. & Prof. P. nec non Facultatis suæ Decano, d. 15. Martii 1698. Disputationem Medicam inauguralem habuit de *Arthritide*. (4½ plag. in 4.)

Sub Præsidio *Iohannis Klein*, I. V. D. & Pand. Prof. P. nec non Consistorii Ducalis Mecklenb. Directoris, d. 26. Martii 1698. disputavit *David Gloxin*, Lubecensis, de *Præferentia Matrimonii in concursu duorum*, vulgò, *Wer von beyden in Rechten den Vorrug habe / da sein Ehegatte sich an zween zugleich verheyrathet hat* &c. (7. plag. in 4.)

STRALESVND AE

Die 2. Februarii hujus anni obiit *Gothofredus Pyle*, I. V. D. & Reipublicæ Patriæ Stralesundensis Consul. Is an. 1641. natus fuit, Patre M. *Luca Pyle*, Ecclesiasta ad S. Iacobi, & R. Ministerii Seniore, Rostochiiqve & Francofurti ad Viadrum literis incubuit. Deinde

inde studiis Dn. *Jule*, (filii unici Consiliarii Regii) præfectus, cum eò Soram Daniæ, bonarum literarum matrem, petiit. Hinc Hafniâ Holmiâque visis, ac Gryphisvvaldiæ an. 1671. Disputatione Inaugurali de *Reiratin Gentiliis* Præside D. *Iob. Pomerechie* habita, summos in utroque Iure honores Doctorales obtinuit. Anno 1682. Ordini Senatorio Civitatis Stralsundensis fuit adscriptus, omnibusque eò pertinentibus officiis ritè curatis, hoc ipso demum annò 1698. d. 10. Ianuarii in Consullem electus est: at istò munere non ultra tres & viginti dies functus, vitam (ceu diximus) cum morte commutavit.

Præcedenti mense Martio *Henricus Stern*, Stralsundensis Pommeranus, Med. D. ad Subphysicatum Civitatis patriæ vocatus fuit. Supremos ille Doctoris Medici honores an. 1695. Lugduni Batavorum obtinuit, habitâ Disputatione Inaugurali de *Epilepsia*, die 7. Octob. ventilata (1½ plag. in 4.) Celeberrimorum quoque Medicorum, D. *Hartmanni* Regiomontani, & D. *Kerckringi* Hamburgensis, institutione ac manu ductione feliciter usus est.

M. Iacobus Wolfius, vocatus Rector Gymnasii Sundensis, Serenissimum Cimbriæ Ducem FRIDERICVM, iter in Sveciam parantem, Mense Martio 1698. elegantissimo Catmine vernaculo excepit dimisitque, cui titulus: *Unterthänigster Willkomm und Handschuß* &c. (2. plag. in fol.)

Ex RVGIA Maris Balthici Insula.

Die 28. Febr. 1698. in parœcia Gartzensi natus est *Filius monstrosus*, qui autem in ipso partu diem vidit extremum. Capiti supereminerebat ab una auricula ad alteram, crassa satis ac longa, rubedine corruscans, mustulosa portio, cui ab utroque aurium latere duæ appendebant calanticæ carnosæ, latitudine trium digitorum, quæ vero ab obstetrice, ex re nunquam visa, attonita, illico sunt abscissæ. Os bovini inter ingens erat, & ad aurium fere extrema patulum. Superior Gingiva albicans, continui dentis instar conspiciebatur, inferior autem magis acuminatam præ se ferebat formam. Lingva erat longa & crassa, bovinæ itidem non absimilis. Oculorum situs transversus, qualem in Leporibus observamus, apparebat. Synciput ob formam exiguam conspectui se ferme subducebat. Brachia, manus, & inferior venter naturalitatis statum non excedebant.

Die 1. Martii 1698. sub præsidio *Iohannis Gerdesii*, Phil. & Med. D. ac Prof. Publ. Ord. nec non S. Reg. Maj. Svec. Archiatri, Disputationes Medicas Inaugurales habuerunt duo Medicinæ Candidati, quorum alter, *Johannes Antonius Helvigi*, Gryphisvaldensis (*Christophori Helvigi*, Med. D. & Prof. filius, natus an. 1670. d. 22. Octobr. & Gryphisvaldiæ, Lipsiæ ac Lugduni Bat. literis innutritus) de *Dysenteria* disputavit. (6. plag. in 4.) Alter verò, *Iohannes Nicolaus Schmitterlow*, pariter Gryphisvaldensis (*Nicolai Georgii Schmitterlow*, Consulis, filius, natus an. 1672. d. 26. Iunii, & præter Academiam patriam, Lipsiæ quoque literis imbutus) de *Convulsione* disputationem Inauguralem habuit. (5½ plag. in 4.)

Die 3. Martii ob solennem novi Svecorum Regis CAROLI XII. Inaugurationem festum Eucharisticum celebratum fuit, & die sequenti 4. Martii Senatûs Academici auctoritate Orationem Gratulatoriam in Auditorio majori habuit *Christianus Saalbach* Poët. ac Eloquent. Prof. P.

Die 7. Martii Actu solenni Promotorio duo utriusque Juris, totidemque Medicinæ Candidati, supremum dignitatis Doctoralis gradum, privilegia & honores obtinuerunt. Icti fuerunt: *Gottselig Jacobus Colberg*, Colberga Pomeranus, Dicafterii Electoralis in Orientali Pomerania Advocatus, (de quo mens. Ian. p. 10.) & *Ioachim Landreiter*, Rostochiensis. Medici fuerunt: *Iohannes Antonius Helvigi*, & *Iohannes Nicolaus Schmitterlow*, Gryphisvaldenses. Actu promotorio Juridico quæstio ventilata fuit: *An Contractus in Testamento celebrari possit?* Actu Medico autem quæstio fuit: *Quæsi illa herba, Galeno Hamagoga dicta, soloque attactu externo sanguinem copiosè elicere? cuius speciei? cuius signatura? unde illa potest? & an adhuc dum super sit?*

ANCLAMII

Die festo unctioni CAROLI XII. Svecorum Regis, qui erat 3. Martii 1698. Actum Oratorium de Quæstione: *Quis Monarcharum, quos nostra ætas in Europa vidit, dici debeat felicissimus?*

de-

declamantibus II. Scholæ Anclamenſis alumnis, inſtituit, ac *Eudemoniam Carolinam* propoſuit *M. Iohannes Georgius Buſchmannus*, Scholæ Anclam. Reſtor.

SEDINI

M. Fridericus Redtelius, Schol. Sen. Conreſtor, Actu Oratorio, ex 23. perſonis (Imperatorum Romanorum vices gerentibus) conflato *ἱερωτῆμα πολιτικὸν*, Num Regibus ac Principibus quoque conveniat & eodem deceat, inſtructum eſſe tam intellectualibus, quàm moralibus virtutibus? die 7. Martii 1698. publicè propoſuit, atque negativè & affirmativè ventilatum tandem decidit.

GEDANI

Menſe Martio 1698. à D. *Samuele Schelgwigio* edita fuit Conſcio ſuper Numer. XXIV, 7. quæ Coronatio AVGVSTI II. Polonia- rum Regis Eccleſiæ ad SS. Trinit. d. 15. Septembris, ipſa XVII. Domini- ca Trinitatis, ſuperiori anno denunciata fuerat.

Idem D. *Samuel Schelgwigius* eodem menſe luci expoſuit *Theſes de tempore*, ex *Auguſtana Confefſione* ejusque *Apologia* decerptas, quarum collatio cum porismatibus inde deductis novam pietatis methodum in dogmatibus & praxi à pri- mariis hiſce Eccleſia Evangelica ſymbolis longiſimè diſcedere mani- feſtat.

Theſium harum ſiſtuntur *manipuli* 16. totidem duernionibus in- cluſi, qui in Athenæo Gedanenſi ventilati ſunt à die 14. Octobris ſuperioris anni, ad 3. Martii 1698.

Chriſtophorus Bebrius, Profeſſor Eloquentiæ & Poëſeos, Car- men Epicum elegantiffimum, in honorem Regi *Adventu* con- ſectum, publicavit.

DORPATI

Pærens Academiæ Regiæ Dorpatenſis facies hæc eſt: Prima- rius Theologiæ Profeſſor eſt *Olaus Moberg*, qui ſuccesſit *Criſpino Iern-*

Iernfeld, SS. Theol. Lic. an. 1695. d. 3. Octob. mortuo. Hunc excipit *Laurentius Molin*, SS. Theol. Licentiatus: eundemque sequitur *Gabriel Skragge*, Orientalium hactenus & Græcæ Ling. Prof. nec non Consistorii Ecclesiastici Assessor & Past. Cavvelect. qui lenæ præside *Iob. Gvil. Bayero* de *Sacerdotio Christi* disputavit. Jurisprudentiæ Professor *Olaus Hermelin*, literarum humaniorum & Poëseos peritissimus, Holmiam nuper discescit; eundemque vel Tribunali Wisuariensi vel Judicio Aulico Aboënsi fore admoventum fama est. Medicinam docet *Jacobus Fridericus Below*, Med. D. & Prof. P. qui an. 1691. Ultrajecti Disputationem Inauguralem habuit de *Vermibus intestinorum*, ac hyeme præteritâ cadaveris masculini atque foemini anatomen instituit. Disputavit quoque an. 1695. Vpsaliæ, de *Natura, Arte, & Remediis in morborum curâ necessariis*. Jam verò Londinum Scaniæ vocatus, abitum parat, Disputationibus aliquot, ante discessum habendis, huic Academiæ valedicturus, quarum prima jam sub prælo calet, hoc titulo: *Circuli Anatomico-Physiologici Segmentum primum, seu Dissertatio de Oeconomâ animali*, &c. In Philosophica Facultate *Gabriel Sjöberg*, Philosophiam Moralem & Civilem proficitur, qui non tantum Vpsaliæ de *Româ ruente*, & de *Sole* disputavit, sed Hamburgi etiam tractatum de *Jesu agonizante* (in 8.) evulgavit, & *Metaphysicam contractam* (in 8.) aliasque dissertationes edidit. Proximus ab illo, *Sveno Carneen*, Historiarum Professor, nuper abiit. Idemque quoque fecit *Sveno Dimberg*, Mathes. Prof. qui eruditis aliquot Disputationibus (quales sunt: *Apodixis Mathematica, Mathesis Morum* sive *Magna Moralia, Hercoteionice Trigonometrica*, &c.) suam industriam probavit. Sequitur *Michaël Dau*, (ex duodecenni Scholæ Dorpatensis Rectore) Eloquentiæ Professor, qui præter aliquot rarioris argumenti Disputationes, de *Astrologiâ Iudiciariâ*, de *Lege Natura*, de *Trinitate Platonicâ*, de *Revolutions Anima*, &c. tractatum vernaculum edidit, cui titulus: *Der natrliche und elende Aelheit/ oder der also genandten grossen Religion jämmerliche Beschaffenheit/ aus dem Lichte der Natur vorge- stellt.* (in 8.) *Daniel Sarcovius* denique Philosophiæ Theoreticæ Pro-

Professor est, qui de *Aeternitate* disputavit, ac eà, quâ pollet, carminis pangendi facultate, in exequiis Regiis orationem metricam elegantem habuit.

HOLMIAE.

Libri *Peringskiöldiani* (Mense Ianuar. p. 12. quidem allegati, at perperam *Saga Islandica* nomine a Chronico *Snorronis Sturlesonis* distincti) verus titulus hic est:

Heims Kringslaeller Snorre Sturlesons Konunga Sagar;
Sive Historia Regum Septentrionalium, a Snorrone Sturlonide
ante secula quinque patrio sermone antiquo conscripta, quas ex
MSS. Codicibus edidit, versione gemina, notisque brevioribus,
Indici Poëtico vel rerum sparsim insertis, illustravit
Iohannes Peringskiöld.

Stockholmiae, literis Wankivianis, 1697. (10. Alphab. in fol.)

Singulae operis hujus (quod Editor *Ioh. Peringskiöld* Regii Archivi Secretarius, & membrum Collegii Antiquit. Svecici, novo Sveonum Regi CAROLO XII. inscripsit) paginae, in duas, ut vocant, columnas distinctae sunt, ubi ad dextram textus *Snorronis* Islandicus, latinis literis expressus, ad sinistram verò Versio Svecica, à *Gudmundo Olai* (cui nuper mense Ian. p. 12. fide Catalogi librorum à Collegio Antiqq. Svec. editorum vel edendorum, ante hos 7. annos Holmiae impressi, totius operis editionem tribuimus) adornata, nec non inferius Latina Editoris translatio conspicitur.

HAFNIAE

Die 9. Februarii *Georgius Vrsinus*, in Auditorio Collegii Medicæi, respondente *Paulo Lanchet*, publicæ Eruditorum censuræ subjecit Dissertationem suam ultimam de *Scholis & Academiis Hebraeorum*. (2^æ. plag. in 4.) Et quoniam hoc argumentum tredecim Exercitationibus absolvit, collegit eas in unum volumen, & in usum Philologorum publicavit, præfixo hoc titulo:

Georgii Vrsini, è Societate Collegii Medicæi בית הישיבה והמדרש
seu Antiquitates Hebraicae Scholastico-Academicae, in quibus Scho-
larum Iudaicarum historia tam intrâ quàm extra Scripturam,
forma earundem, Docentium & discipulorum officia, Ritus, dimis-
sio è

sio è Schola, Promotio, Promotionum tituli, distincti Professorum ordines, & facultates, Methodus disputandi, Studia, Statuta, Privilegia, & Stipendia, continuo, ubi fieri potuit, S. Scriptura & monumentorum Rabbincorum concentu eruta leguntur.

Hafniae, an. 1697. literis Reg. Maj. & Vniversit. Typogr. Io.

Philip. Bockenhoffer. (2. Alphab. 2½. plag. in 4.)

Hæ Antiquitates (præmissâ Præfatione, de utili cupiditate vitandæ Academiæ peregrinas) in 14. Capita dividuntur. Quorum 1. recenset Scholas & Academiæ Hebræorum ab origine mundi, in S. Scriptura ut plurimum fundatas. 2. Academiæ eorundem, quæ apud externos maximè floruerunt, imprimis tres illustres Babylonicas. 3. Varias Scholarum & Academiarum formas. 4. Mutua docentium & discipulorum officia. 5. Ritus eorundem inter docendum. 6. Dimissionem è Schola. 7. Promotionem ad honores. 8. Varios Promotorum titulos. 9. Distinctos Professorum ordines, vel Facultates. 10. Methodum disputandi. 11. Varia Hebræorum studia. 12. Statuta Academica. 13. Privilegia Literatorum. 14. Stipendia Academica. Inter Respondentes præprimis tres ob præcoccia sua ingenia notari merentur. Primus est *Martinus Casparus Volfburg*, decimo ætatis anno in Studiosorum album relatus, & in Græcis ad stuporem exercitatus. Secundus est *Petrus Simonius Arbusius*, qui vix decimum egressus annum, in Studiosorum numerum, propter incredibilem variarum linguarum, Hebrææ imprimis, peritiam, receptus est. Tertius denique est *Olam Francisci Thestrupius*, post duodecimum ætatis annum civitate Academica donatus, variisque eadem ætate scientiis instructus.

Die 12. Febr. *Andreas Lyche* in auditorio Collegii Regentziani disputavit de *Exhalationibus autumnalibus*, lingvâ vernaculâ Kornmod dictis, Respondente *Iohanne Severini*, Iyllingenfi. (1¼ plag. in 4.)

Præcedente Mense Martio p. 36. breviter innuimus, *Corpus Juris Danici, sive Codicem Christianæum*, ab *Henrico VVeghorff*, Kilonienfi, I. V. D. &c. ex idiomate Danico in sermonem Latinum versum esse.

effe. Jam verò integrum Libri titulum suppeditamus, qui ita habet:
Regis Christiani V. Jus Danicum, Latine redditum ab Henrico
Wegborst, Consiliario Cancellariæ Regiæ, L. V. D. & in Univer-
sitate Hafniæ atque Academia Equestræ Regiæ

Professore.

Hafniæ, literis Reg. Celsit. Typogr. Ioach. Smetgeni.

1698. (3. Alphab. II. plag. in 4.)

Totum hoc Jus (cujus historiam affert *Iob. Mollerus* in *Isagoge*
 ad *Hist. Chersonesi Cimbr. pt. 1. cap. ult.*) dividitur in sex libros,
 quorum *primus* qui de iudicio & personis judicialibus agit, viginti sex
 capita sub se comprehendit. Primum eorum agit de obsequio Le-
 gislatori & legi præstando. Cap. 2. de foro primæ instantiæ ordi-
 nario. Cap. 3. ubi & quando iudicium, processumque judiciarium
 haberi, & quæ ibi tractari oporteat. Cap. 4. de citatione inque jus
 vocatione & Dilationibus. Cap. 5. de Iudiciis. Cap. 6. de citatio-
 ne ad Iudicium Superius. Cap. 7. de Iudicii Assessores. Cap. 8. de
 scribis Iudicii. Cap. 9. quis suo vel alieno nomine postulare possit.
 Cap. 10. de impedimentis atque absentiae excusationibus. Cap. 11.
 de Defensore. Cap. 12. de modestia in iudicio observanda. Cap. 13.
 de Testibus ac Testimonio judiciali. Cap. 14. de accusationibus
 & juramento. Cap. 15. de confessis. Cap. 16. de Veridicis (*Eand-*
emund). Cap. 17. de oculari inspectione. Cap. 18. de Agrimensoribus.
 Cap. 19. de vinculis & carcere. Cap. 20. de Quæstionibus. Cap. 21.
 de Arresto & Sequestro. Cap. 22. de Requisitione pro Obstagio. Cap.
 23. de Fideiussoribus & Intercessoribus. Cap. 24. de multis, Senten-
 tiæ executione, rerum ex causa iudicati capione, inissione in bono-
 rum possessionem, & similibus negotiis. Cap. 25. de Sententia,
 Scripturarum & Scribarum sportulis. Cap. 26. de Supplicationibus.
Liber Secundus agit de Religione & Clero, & in specie Cap. 1. de
 Religione. Cap. 2. Quis concionari & ad Pastorale officium voca-
 ri eique initiari possit. Cap. 3. Quo modo pastores Ecclesiæ vo-
 candi sint. Cap. 4. de Pastorum officio circa Ministerium in Cœtu
 Ecclesiastico, & Concionem. Cap. 5. de Pastorum officio circa Sa-
 cramenta, & Confessionem privatam. Cap. 6. de Pastorum in eru-
 dienda juventute officio. Cap. 7. de officio Pastorum circa Visitatio-

nem domorum, curam pauperum, ægrotantium ac delinquentium visitationem. Cap. 8. de officio Pastorum circa Conjuges, Obstetrices, & Puerperas. Cap. 9. de Pastorum horumque Adjutorum officio deqve Ecclesiæ Potestate in non resipiscentes. Cap. 10. de officio Pastorum circa Funera. Cap. 11. de Pastorum Vita ac Moribus, Delictis & Multis. Cap. 12. de Pastorum ædibus ac creditibus. Cap. 13. de Pastoralium viduarum atqve Heredum *Commodi* reparatione seu Anno gratiæ. Cap. 14. de Diaconis aut Pastorum Collegis. Cap. 15. de Ædituis ac Substitutis. Cap. 16. de Præpositis. Cap. 17. de Superintendentibus seu Ecclesiarum Episcopis. Cap. 18. de Scholis. Cap. 19. de Xenodochiis & Pauperibus. Cap. 20. de Professoribus. Cap. 21. de Libris & Calendariis. Cap. 22. de Ecclesiarum Inspectione, Reditibus, Expensis, Ædificatione. Cap. 23. de Decimis. *Liber tertium* agit de statu Politico ac Domestico, & qvidem Cap. 1. de Præfectis Regiis aliisque Officialibus. Cap. 2. de Personis Privilegiatis. Cap. 3. de Civibus. Cap. 4. de Magistratu aliisque Civitatum Officialibus. Cap. 5. de Curatoribus Civitatum (seu Logistis). Cap. 6. de Civibus Censitoribus. Cap. 7. de Collegiis & Opificibus. Cap. 8. de Tabernariis Circuitoribus. Cap. 9. de Nundinis. Cap. 10. de mensuris ac ponderibus. Cap. 11. de Aurigis & Portitoribus. Cap. 12. de Agricolis Proprietariis *seu sua præsa habentibus*. Cap. 13. de Colonis & Negotiis rusticis. Cap. 14. de Rusticis Originariis seu glebæ addictis. Cap. 15. de Viis. Cap. 16. de Matrimonio. Cap. 17. de Impuberibus, Minoribus ac Tutoribus. Cap. 18. de Inspectoribus tutelariis seu tutoribus honorariis. Cap. 19. de Famulatio rustico & opidano, Hospitibus & Otiosis. Cap. 20. de Judæis & Tartaris (seu Zigaris). *Liber quartus* agit de jure maritimo, & qvidem Cap. 1. de Magistrorum & Gubernatorum navis, aliorumque navium receptione, mercede & officio. Cap. 2. de Conductione navis Diligentia & Rationibus. Cap. 3. de Casibus fortuitis, Avaria & fundi exploratoribus. Cap. 4. de Naufragio Rebusque naufragis & in mari amissis. Cap. 5. de Bodmeria, & literis crediti, pro ædificando navigio contracti (*Dancé Disserte*). Cap. 6. de Affecuratione *sempericuli susceptione*. Cap. 7. de Ammiralitate. Cap. 8. de Processu juris maritimi. Cap. 9. de Clasiariis Regis. *Liber quintus* de titulo possessionis, Bonis & ære alieno, & in specie Cap. 1. de Contractibus.

tractibus & Obligationibus. Cap. 2. de Hereditate ejusque Divisione. Cap. 3. de Emptione, Venditione & Permutatione. Cap. 4. de Donationibus, & Largitionibus scripturâ factis. Cap. 5. de longi temporis præscriptione. Cap. 6. de Dationibus in solutum & missionibus in bonorum possessionem. Cap. 7. de Pignore. Cap. 8. de Commodato, Locatione, conductione & *Deposito* seu bonis alterius custodiæ commisis. Cap. 9. de bonis inventis. Cap. 10. de Fundis, Possessionibus, Communione, Venatione ac Piscatione. Cap. 11. de Molis & aqua. Cap. 12. de Capris, Equis admissariis & Equabus. Cap. 13. de Apibus, ferisque Bestiis. Cap. 14. de ære alieno. *Liber sextus & ultimus* agit de Delictis, & quidem in specie Cap. 1. de Hæresi, Blasphemia & Magia. Cap. 2. de Juramentis atque Execrationibus. Cap. 3. de Profanatione Feriarum. Cap. 4. de crimine læsæ Majestatis. Cap. 5. de liberorum in Parentes & Conjugum Delictis. Cap. 6. de Homicidio. Cap. 7. de mutilatione & Vulneratione. Cap. 8. de Provocationibus ad Certamen, & Duellis. Cap. 9. de Domestica, Ecclesiastica, judiciali, iter facientium atque ærantium pace. Cap. 10. de damno ex armis alienis illato, & de pauperie. Cap. 11. de damno ex casu fortuito & improviso. Cap. 12. de Defensione necessaria. Cap. 13. de Stupro. Cap. 14. de Violentia ac Vi publica. Cap. 15. de Rapina. Cap. 16. de Latrocinio. Cap. 17. de Furto. Cap. 18. de crimine falsi. Cap. 19. de Crimine incendii atque ericeti ustione. Cap. 20. de pecude occisa aut vulnerata. Cap. 21. de Injuriis. Cap. 22. de Vxore, liberis aut famulis corruptis. Huic juri pag. 629. annexum est *juramentum*, quod Regi à Judicibus præstari oportet. Pag. 631. sequitur Explicatio juramenti testium & admonitio eorum in judicio præmittenda, & tandem in duabus ultimis paginis explicat autor hujus versionis voces quasdam cum Danicas, tum alias in hac editione occurrentes, quid nimirum sit: Birca, Cessio, Dominus, Herreda, Holma, Hospites, Inqvilini, Mulcta, Mulcta Sacra, Patronatus, Frætorium, Possessör, Proprietarius, Resignatio, Ridemanni &c. Toti juri autem post dedicationem præmissa est promulgatio hujus legis à Rege Anno 1683. die 15. Aprilis facta.

Die 8. Martii 55. ætatis anno extinctus est M. *Johannes Adolphus Bornemann*, Pastor Ecclesiæ Cathedr. S. Mariæ Hafniensis, & Ncmarchiæ Socchelundensis Præpositus. Is Hafniæ an. 1643..

d. 5. Maji natus, patrem habuit *Philippum Julium Bornemann*, Regg. CHRISTIANI IV. & FRIDERICI III. Secretarium Germanicum, fratresque, *Cosmum Bornemann*, I. V. D. & Prof. Hafn. Consiliarium Regium & Urbis Consulem, ac *Henricum Bornemann*, SS. Theol. D. Professoremqve Hafniensem, & Episcopum Selandiæ; Socerum verò Celeberrimum D. *Thomam Bartholinum*. Absolutis studiis, & ab itinere Belgico, Anglico, Gallico, Italico, atqve Germanico redux, an. 1675. Moderator Scholæ Coagiensis in Selandiâ fuit constitutus; hunc an. 1676. Concionatoris Aulici Regii munus obtinuit, & tandem an. 1683. Pastoris Mariani, Præpositique Socchelundenfis officio admotus est. At præter Conciones aliquot funebres nihil edidit.

Sequenti 9. Martii è vivis excessit M. *Petrus Foss*, Londino Scanus, D. *Nicolai Foss*, Medici Scaniæ Provincialis, filius, d. 4. Octob. an. 1631. natus, Scholæ Soranæ ab an. 1652. Pædagogus, & deinde, post reditum ex itinere Germanico-Belgico, Slaglofsianæ ab an. 1663. tandemqve Hafnienfis Metropolitanæ ab an. 1677. Rector, & Consistorii Assessor.

FRIDERICOBVRGI in SELANDIA.

Die 22. Ianuar. 1698. quinquagesimo septimo ætatis anno ventium numero ereptus est M. *Olaus Erici Tormius*, (M. *Erici Olai Tormii*, qvondam in Regia Vniversitate Hafnienfi Matheseos Professoris P. postea ad templum Mariæ Pastoris Primarii & Normarchiæ Socchelundenfis Præpositi, filius; *Olai* autem *VVormii*, Medici & Polyhistoris inclyti, ex filiâ Solstrata Nepos) an. 1641. d. 13. Iul. natus, & perlustratâ Frisiâ, Germaniâ & Galliâ, visitatisqve Academiis Franeqverensi, Gröningensi, Tubingenfi, &c. an. 1666. in Academiâ Patriâ designatus L. Hebr. & Syr. Professor, postea an. 1670. constitutus S. R. M. in arce Fridericoburgensi Concionator aulicus, sacri cœtûs Hillerödienfis & Herlöfsvienfis Antistes, Normarchiæ Lyngensis Præpositus, & Regiæ Scholæ Fridericoburgensis Scholarcha. Scripta, ab ipso edita (teste *Alb. Bartholino* Lib. de Script. Danor. p. III.) sunt sequentia:
 Disp. de *Sacrificio Mincha*, Levit. II, 1. & Num. XV, 4. Franeq. 1662. in 4.
 Dissert. de *Augusto*. ibid. 1663. in 4.
 Dissert. de *Ternario*. ibid. 1663. in 4.

Ex FIONIA Maris Balthici Insula

Sub initium hujus anni 1698. in prædio suo obiit *Ianus Seefeld*, Nobilissimus Vir, & Legatus Tribuni militaris, (*Sbrist* Lieutenant) Poëta ingeniosissimus, tam in Danicis, quam Germanicis & Belgicis. Edidit nonnulla, inter quæ *Pigernes Odyssæ* *Laster-Spejel* h. e. *Puellarum Speculum tam virtutum quam vitiorum*, & alia multa sigillatim seu sparsim, sed multò phura, quæ lucem non viderunt nec prælum, amicis tamen nota ac lecta; ejus elegantia omnia, ut stupefcerent omnes ad nativum illud decus. Posset de illo revera dici, *Poëta nascitur, non fit*. Neque enim eruditione Latinarum aut Græcarum literarum valde tinctus erat, sed vetus Danicorum Scaldorum vis (quam *Scaldvynzel* vocabant, non furorem Poëticum, sed facultatem & impetum Poëticum, suaviter amicè placideque connatum, cum quo Islandi præcipuè nascebantur) in hoc viro revixit; loquebatur enim & fundebat in colloquiis familiaribus meros versus cum volebat, scitè & venustè, ut mirari posses expromptum ipsius ingenium. Annos, puto, 55. non excessit.

OTHONIAE in FIONIA

Ex Episcopi *Thoma Kingo* (SS. Th. D. & celeberrimi inter Poëtas Danicæ modernos vernaculos) Typographiæ domesticæ, nuper ab ipsò adornatâ, prodiit (quam mense Januar. p. 13. tribus verbis indicavimus) *Viti Beringii*, Historiographi Regii, Consiliarii Camerae, & Supremi Iudicii Assessoris, (qui an. 1675. d. 20. Maj. ætatis 58. Hafniæ, obiit, & cujus Vita ex Programmate funebri *Vilhelmi Wormii*, Catalogus verò scriptorum editorum ac ineditorum ex *Friderici Roosigardi* Deliciis Poëtarum Danorum, Lugduni an. 1693. impressis, To. 2. hauriri potest) *Historia Regni Danici, à Dano primo Rege, ad Christianum usque I. sive Dynastia Oldenburgica initium perducta*. in fol. Opus egregium, stylo non tantum verè Romano & Historico, sed etiam sublimi atque Regio exaratum.

FLENSBURGI

Iohannes Mollerus, Flensburgo Cimber (de quo mens. Febr. p. 23.) viris eruditis, Chersonesi imprimis patriæ, significat, se, post *Homonymoscopia* suam, haud ità pridem editam, *Cimbria* jam
Lite-

Literata, dudum promissæ, eâ, quam an. 1687. in illius *Prodrōmo*, ac an. 1692. in *Isagoge ad Historiam Cimbricam* (part. 2. c. ult.) fufius delineavit, methodô pertexendæ, horis succisivis seriô accingi. Quarum licet paucas muneris in patriâ Scholastici occupationes huic ipsum destinare labori patiantur, molesque insuper ingens collectaneorum, 25. circiter Scriptorum Cimbricorum, & octo Biographiarum integrarum, Centurias exhibentium, quæ vix unius se voluminis, etsi grandiusculi (10 fol.) coarctari patientur ambitu, currentem haud parum sufflaminet, partem tamen operis plus quam dimidiâ jam absolvit, & quæ restant, aliquot annorum spatio elucubrari itidem, Deo auxiliante, à se posse confidit. Quoniam autem Scriptorum aliquot *ἱστοριογράφων*, ut aliis, ob merita in literas, prolixius celebrentur, dignissimorum, integræ etiamnum ab ipso desiderantur Biographiæ, frustra hactenus passim vestigatæ, Indicem illarum publicè exhibere h. l. voluit, ut, si qui, in Cimbriâ, aliisque regionibus, Eruditi in suis eas fortè musæis, vel typis excusas, vel *ἀνενδύτως* asservant, præclare se illarum communicatione & de Bonô rei literariæ publicô, & de Chersonesi Cimbricæ gloriâ, & de ipsô denique (bona eadem fide possessoribus restitutorô, & publicè, quid cuique debeat, olim professurô) mereri posse, intelligant. Hoc fine nomina Virorum, quorum *Vita* desiderat *plensiores*, (breviares enim, & ab hiatibus nonnunquâm haud immunes, sua jam ipsi anallecta suppeditant) eruditissimorum, alphabetica serie, indicat sequentia:

Jacobus Abendana, Hamb. Archisynagog. Londinenf. mort. an. 1685.

Isaacus Abendana, Hamb. L. Hebr. interpres in Acad. Oxoniensf.

* *D. Laur. Arup*, Cimber, Acad. Viennensf. ab an. 1630 Cancellarius.

* *Henricus Berschamp*, Hamb. I. V. D. Francof. ad Viadr. c. a. 1538. Prof.

Gerhardus Blasius, Holfatus, Med. D. & Prof. Amstelod. m. 1682.

Reinholdus Blohmius, Hamb. Consil. Palatinus ac Sveco-Pomeranicus.

Joh. Bokelius, Antverp. Med. D. & Poliater Hamb. circa an. 1599.

Andr. Bordingum, Ripensis, Theol. in patriâ Lector.

* *Niccol. vel Herm. Buscodanensis*, Belga, primus Scholæ Lubecensf. ab an. 1530. Rector.

Phil.

- Phil. Casar*, Cassellan. Th. D. & Conc. Aulic. Holsat. è Calvin. Pontif.
 * *Christ. Calenn*, Femariens. Med. D. & Prof. Gryphisvald. c. an. 1597
Ioh. Carnarius, Sen. Gandavens. Med. D. & Archiater Holl. Gott. m. 1562
Rodericus à Castro, Lusitan. Med. D. & Practic⁹ inter Judæos Háb. m. 1627
Bened. à Castro, Roder. fil. Hamb. Med. D. & Christina Svedicæ Archiater, m. 1684.
Bogutani Phil. Chemnitium, Christina Svecor. Regina Historiograph.
Ioh. Christenium, Holsat. I. V. D. & Prof. Prim. Hardervic. c. a. 1669.
M. Andreas Christiansi, Arraboënsis, Past. Wordingburg. in Seelandia Dan. m. 1637.
David Clodius, Hamb. Th. D. ejusq; & LL. Or. Prof. Gieffens. m. 1687.
 * *Ioh. Coccius*, Lubecens. Philos. Prof. Witteberg. circa an. 1526.
R. David Cohen de Lara, Hamb. Synagogæ patriæ Antistes, m. 1674.
Pancrat. Crügerus, Finsterwaldens. Rector Lub. L. Gr. Prof. Frf. m. 1614
M. Hieron. Cyprianus, Slesvic, Ecclesiæ patriæ Canonicus, circa an. 1576
Ioh. Adolphus Cyprianus, Slesvic. ex Ecclesiastâ patriæ Lutherano Relig. Pontificiæ profelytus.
Casp. Dancvverthius, Oldensvortens. Med. D. & Consul Husens. m. 1672
 * *M. Matthæus Delius*, Sen. Hamb. Scholæ patriæ Sec. super. Rector.
 * *M. Christianus Dithmarus*, Philos. circa a. 1473. Prof. Lipsiensis.
Georg. Theod. Dietericus, Hassus, Legat. Cæs. in Civ. Hamb. Ord. m. 1673.
Sams. Drosenius, Dithmarus, Gymn. in Valle Joachimica Rect. m. 1638.
Paul. Egardus, Kellinghusan⁹, Past. in Hols. Norttorp. a. 1643. superstes.
Paul. ab Eitzen, Hamb. Th. D. & Super. Duc. Slesv. Holsatic. m. 1598.
Geverh. Elmenhorstius, Hamburgens. Polyhistor Celeberrim. m. 1621.
Alb. Otto Faber Med. D. ex Pract. Hamb. Car. II. R. Angl. Arch. m. 1686
Ioh. Fessling, Lübecensis, I. V. D. & Prof. Rostochiensis, m. c. a. 1699.
Ioh. Gravium, Hamb. I. V. D. & Prof. Tubing. m. 1694.
 * *M. Christoph. Gerdner*, Lubec. Phys. PP. Rostoch. m. 1579.
 * *Henricus Gerlachius*, Hamb. Poet. Prof. Rostoch. Seculo superiore.
Nic. Grevinghovius, Past. Remonstr. Roter. & dein Fridrichst. c. a. 1622.
Ioh. Frid. Gronovius Hamb. I. V. D. & Lit. Human. Prof. Lugd. B. m. 1671
Otto Gualperius, Rotenb. Hass. Th. D. & Schol. Lub. Rect. a. 1613. superst.
Ovenus Güntherus Eiderstadiensis, Philos. Prof. Helmst. circa a. 1603.
 * *Frid. Ovensi Güntherus*, Cimber. Chr. IV. Regis Daniæ Secretarius.
 * *M. Ioh. Hammer* Lubecens. Philos. Prof. circa a. 1418. Lipsiensis.

- Christ. Harsæker*, Belga, Past. Remtonstr. Fridrichst. & Roterod. m. 1683.
Ericw. Hedemann, Diepholdian. J. V. D. & Cancell. Holf. Gott. c. a. 1633.
Henn. Hennings, Hufensis LL. Or. peritissimus, a. 1666. superstes.
Lucas Holstenius, Hamburg. Biblioth. Vaticanæ Præfectus, m. 1661.
Jac. Holstius, Tonningensis, Med. D. & in patria Practicus, c. a. 1673.
Elias Hutterus, Lusat. Bibliorum $\pi\omicron\lambda\upsilon\gamma\lambda\omega\tau\iota\sigma\tau\omicron\upsilon$ Editor, a. 1600. superst.
Marc. Jordanus, Crempensis, Math. Prof. Hafniensis, a. 1671. superst.
Ludov. Keplerus, Pragenfis, Med. D. & Pract. Lubec. m. 1663.
** Nic. Kellinghusius*, Hamburg. Consil. Ostfriscus, m. 1620.
Theod. Kerckringius, Amstelod. Medicus Hamb. m. 1693.
Henr. Knaustius, Hamb. Jctus Erfurtenfis, circa an. 1575.
Pet. Lambecius, Hamb. Consil. & Bibliothecar. Cæsareus, m. 1680.
Dethlevus Langenbecius, Hamb. Jctus, circa a. 1572. celebris.
Hermannus Latherus, Hufensis, I. V. D. an. 1618. superstes.
Pet. de Lignon, Gallus, Labadistarum Pastor Alienav. a. 1678. superstes.
Job. Loicenus, Itzehoensis, Acad. in Svecia Vpsalienfis, Jctus, m. 1677.
Laur. Ludenius, Eckernfördensis, I. V. D. & in Acad. Livoniæ Dorpatensi Prof. m. 1654.
Mart. Lydus, Lubec. Theol. Prof. Franeqveranus, m. 1601.
Mich. Maiernus, Holfatus, Med. D. & Archiater Cæsareus atqve Hasficus, m. an. 1622.
Johan. Dan. Major, Vratislav. Med. D. & Prof. Kilon. m. 1693.
Sam. Maigerius, Rendesburg. Past. in Holf. Nortorpenf. a. 1611. superstes.
** Bernhard Mensing*, Lubec. Philos. Prof. circa a. 1559. Rostochiensis.
Nicol. Metcator, Holfatus, Societ. Regiæ Anglicanæ Assessor, m. 1687.
Lev. Nicol. a Moliken, Eqv. Megapol. Procan. Holf. Gott. m. c. a. 1664.
** M. Pet. Monscheius*, Lubec. Philos. Prof. circa a. 1455. Lipsiensis.
Jacob. Morfius, Hamburgensis, Philologus, an. 1636. superstes.
Ad. Olearius, Ascania Saxo, Mathem. & Bibliothec. Holf. Gott. m. 1671.
Theod. Petrus, Flensburgensis, LL. Or. peritissimus, m. an. 1673.
Franc. Pfeilius, Magdeb. Syndic. Harub. & Magd. an. 1564. superstes.
Bertramus Pogwisch, Eqv. Holf. Pontificius, a. 1572. superstes.
Sam. Rachelius, Dithm. IC Kilon. Consil. Holf. & Eiderst. Præf. m. 1691.
(brist. Ravins, Berolin. LL. Or. Prof. Vpsal. Kilon. & Francof. m. 1677.
Anr. Reiserus, Augustanus, Th. Lic. & P. Iacobus Hamburg. m. 1686.
M. Job. Rhenius, Ostitia Misnicus, Conrector Husa. a. 1640. superstes.

- Sam. Rosenbohmii*, Holl. Past. Wesselbur. Poeta exim. a. 1619. superst.
Angelus Sala, Vicentin. Med. Hamb. & Archiat. Megap. a. 1634. superst.
Casp. Herm. Sandbagen, Westph. Superint. Ducalis Holl. Gott. m. 1697.
Henr. Schavium, Kilon. Med. D. & Gymn. Thorun. Rector, m. 1661.
 * *M. Herm. Schipmann*, Lubec. Philos. circa a. 1422: Prof. Lipsiensis.
Austus Christ. Schomernus, Lub. Th. D. & Prof. Rost. m. 1693.
Bernb. Schulze, Bremensis, I. V. D. & Prof. Kilon. m. 1687.
M. Perr. Sickius, Rendesburg. Theol. PP. Regiomont. a. 1574. superstes.
Christ. Siedanus, Rostoch. Th. D. & Past. Slesvicensis. m. 1646.
Job. Sluterni, Winsensis, I. V. D. & Consul Hamb. m. 1686.
 * *Job. Steinböser*, Lubecensis, Méd. D. & Prof. Lipsiens. circa a. 1576.
Nicol. Steenon, Hafniensis, Med. & Philos. 1680. m. 1686.
Job. Svaningius, Sen. Ripensis, Historiogr. Danicus, a. 1571. superstes.
Pet. Svavenius, Pomeranus, I. V. D. & Consil. Danicus, m. 1551.
Jac. Tetens, Eiderstadiensis, Acad. Altorfinæ Ictus, a. 1595. superstes.
M. Gerh. Tidemann, Lub. Th. PP. Vpsal. circa a. 1624.
 * *M. Nicol. Thodenius*, Dithmarfus, L. Gr. Prof. Witt. a. 1590. superstes.
Andr. Severini Vellejus, Decanus Ripensis & Historiogr. Danic. m. 1616.
Eberh. a VVeyhe, Eqv. & I. V. D. Consil. Holsat. & tandem Cancell.
 Brunsvic. an. 1623. superstes.
Bened. VVinckler, Soltqvellenfis, I. V. D. & Synd. Lubec. m. 1648.
Job. VVitte, Lubeci. Consiliar. Megapol. intimus, m. 1645.
 * *M. Barth. Zegeberg*, Lub. Philos. circa a. 1425. Prof. Lips.
Frid. Zobel, Archiater Holsatò-Gottorp. a. 1643. superstes.

Quorum nomina Asterisco sunt notata, horum scripta, si quæ reliquerunt, etiam minutiora, sibi hæcenus ignota, itidem petit indicari.

Gratissimum præterea ipsi erit, si Viri Urbium. Locorumque aliorum, in Ducatibus Slesvicensi ac Holsatico, celebriorum, communicare cum ipso velint:

1. *Cataloges* Officiis illis publicis, sive Ecclesiasticis, sive Scholasticis, imo & Politicis, quæ Literatis committi solent, functorum, Decanorum item, Præpositorum, Canonicorum & Abbatum, qui in Templis Cathedralibus ac Monasteriis, nec non Cancellariorum, Consiliariorum, Archiattrorum, aliorumque Ministrorum Regionum ac Ducalium, qui in Aulis ac Protodicafteriis Cimbricæ inclaruerunt,

Chronologicos, a Temporibus, quorum memoria superest, antiquis ad nostram usque ætatem perductos, quales haud paucos & ipse jam collegit, & ab Amicis, Hamburgo, Lubeca, & Ripsis submissos obtinuit.

2. *Epitaphia Eruditorum*, iis in locis, quæ incolunt, erecta, atque Curiosis obvia.

3. *Indices MStorum*, quæ in Bibliothecis publicis ac privatis delitescunt, & Schediasmatum etiam aliorum, a Civibus suis Literatis editorum quidem, sed ob raritatem paucissimis cognitorum.

Transmitti hæc ad ipsum *Flensburgam* poterunt, aut si commoda illuc mittendi deerit occasio, *Lubeca* Viro, Nobiliss. atque Consultiss. *Achilli Danieli Leopoldo*, I. V. D. *Hamburgi* autem Viro itidem Nob. ac Consultiss. *Ulrico VVinkelio*, I. V. L. vel *Gothofredo Liebezeitio*, Bibliopola, tradi, ut ad illum eadem perferantur haud gravatim curaturis.

KILONII

Henricus Mublius, Bremenensis, Phil. M. & in Academia Christian-Albertina hæctenus ab. an. 1692. Græcæ & Hebrææ aliarumque Orientalium Lingvarum, nec non Poëseos & Homiletices; deinde verò etiam à B. D. *Christiani Korsholii* obitu Theologiæ Professor, & Scholarum per Ducatum Slesvic. & Holsat. Inspector generalis, in locum B. *Casparii Hermanni Eandhagen* (qui superiori anno 1697. d. 17. Iunii è vivis excessit) à Seren. Cimbrorum Duce FRIDERICO ad officium *Superintendentis generalis* Ducat. Slesv. & Hols. nec non *Concionatoris Aulici* supremi munus clementissimè vocatus est.

LVBECAE

Typis excusa est Concio, quâ novus Templi Iacobæi suggestus die 2. Martii hujus anni 1698. a *Levino Burchardo Langschmiedl* Pastore ad D. Iac. inauguratus fuit, hoc titulo:

Erster Segen/ damit die Neue Engel zu S. Iacob in Lübeck den
2. Mart. dieses 1698sten Jahrs / bey volkreicher Versam-
lung/ Christlichem Gebrauch nach eingeweiht und
auff Vergehren zum Druck besodert ist von Le-
vin Burchard Langschmied/ der Rtr.
chen daselbst Pastore.

Lübeck/ verlegt Johann Wiedemeyer/ gedruckt bey
Moritz Schmalherg/ 1698. (6. plag. in 4.)

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Maji M DC XCVIII.

WISMARIAE

Die 17. Aprilis ipsâ Dominicâ Palmarum, circa horam sextam matutinam, post septem dierum decubitum, anno ætatis quadragesimo, mortalium rebus exemptus, ac febris malignâ extinctus est *Iohannes Petrus Gischer* Coburgo-Francus, Med. D. & Physicus, primusque ex eorum numero, qui ad Nova Literaria nobiscum communicanda operam suam hæcenus contulerunt. Patrem is habuit, etiamnum superstitem, *M. Iohannem Gischer* hodie apud Coburgenses Archi-Diaconum & Rev. Ministerii Seniore optimè meritum. Excultus in Gymnasio patrio artibus quæ ad humanitatem spectant, Academiis salutavit Wittebergensem & Jenensem. Inde in externos quoque excurrit, ac post varia egregiorum in studio Medico progressuum specimina, Lugduni Batavorum, habitâ prius Disputatione inaugurali de *Gonorrhæâ virulentâ*, Medicinæ Doctor renunciatus est. Wismar æ undecim, & quod excurrit, annos praxin feliciter exercuit, ultimisque temporibus *Medicum Regium Præsidarium, & Civitatis Physicum ordinarius* fuit constitutus. Curiosus erat, & librorum ita amans, ut egregiam illorum conquisiverit suppellectilem, cuius auctione publicâ distrahendæ spes non omnino nulla est. Præter inauguralem sequentes habuit Disputationes:

De *Piscibus*, Coburgi Anno 1679. Præf. Cognato suo *D. Job. Christiano Frommanno*.

Amæritatum Medicarum Wedelianarum, Disp. IV.

De *Casu ab alto*, Ienæ Anno 1684. Præf. *D. Georg. Wolsf. Wedelio*.

ROSTOCHII

Decano *Andrea Daniele Habichhorstio*, SS. Theol. D. & Prof. P. nec non Facultatis suæ Seniore, Censura tractatûs Germanici, de *Præcipuis verè fidelium operibus & proprietatibus*, ad ductum præcipuè primæ *D. Iohannis* Epistolæ conscripti, à Facultate

Theologicâ d. 13. Apr. impertita est *Gregorio Culemanno*, Rectori Scholæ Wilsnienſis in Holſatiâ, tractatûs illius auctori, unâ cum Judiciô, quô ille dignus cenſetur, qvi publicis communicetur typis. (conſtabit. plag. 16. vel 17.)

M. Henricus Aſcanius Engelſt Roſtochiensis, d. 16. Aprilis, 1698. Respondente *Joh. Henrico Günthero*, Diſputationem Philoſophicam habuit, cui titulus: *Cenſor cenſura dignus, b. e. Diſſertatio oftendens, quod P. Gaſſendus ſcopum ſuum per argumenta contra Ariſtotelis Philoſophiam in Exercitationibus paradoxicis prolata obtinere nequeat.* (3. plag. in 4.)

Ab eôdem Præſide jam ante annum, fratre ipſius *Hermannô Chriſtophoro Engelſt* respondente, propoſita & deſenſa fuerat alia *Exercitatio Anti-Gaſſendiana, minus ſufficientem eſſe in multis illam, quam Petrus Gaſſendus in ſe ſuſcepit, Epicuri deſenſionem, oftendens.* (4. plag. in 4.)

Iohannes Adolphus Krohn, Lubecenſis (an. 1674. d. 9. Nov. patre *Johann Krohn* Cive ac Mercatore Lub. natus, & Roſtochii, Lipſiæque literis imbutus) ſub Præſidio *Iohannis Klein*, I. V. D. ac Pandectarum Prof. P. nec non Conſiſtorii Meg. Directoris, d. 19. Apr. hujus anni 1698. Diſputationem Juridicam Inauguralem habuit de *Probatione, quæ fit per Libros Mercatorum*, vulgô von *Be-weiſſ der Schuld mit Handelsbüchern*. Cap. I. hujus Diſſertationis exhibet generalia circa probationem, quæ fit per librum Mercatorum, unâ cum ſuccincta Rubricæ explanatione. Cap. 2. occupatur in recensendis & examinandis requiſitis Libri Mercatilis, ut per illum fieri poſſit probatio. Cap. 3. ipſam probationem ſiſtit, modumque probandi per Libros mercatiles. Cap. 4. denique de effectibus Probationis agit, quæ fit per librum mercatilem. (10. plag. in 4.)

Sub præſidio *Iohannis Ioachimi Schæpfferi*, I. V. D. & Prof. P. Comit. Palat. Cæſar. & Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſoris, *Iohannes Heinricus Gunden* Gvelferbytanus, d. 27. Aprilis Exercitatione Diſputatoriâ *Uſumfructum*, per theſes, maximam partem controverſas, breviter explicavit, egitque 1. de Definitione & Di-
viſione.

visione. 2. Quis possit Ususfructum constituere. 3. Quomodo constituatur. 4. de Effectu Ususfructus constituti. 5. Quibus modis Ususfructus extingvatur. (1. plag. in 4.)

Christianus Wilhelmus Hölty, Saxo-Lauenburgenfis, Præfide paullò ante memorato D. *Iob. Kleinio*, d. 28. Aprilis Dissertationem Juridicam inauguralem ventilavit de *Prærogativis Principum S. Romani Imperii*, vulgò von den Vorrechten der Teutschen Fürsten des H. Römischen Reichs. Caput 1. hujus Dissertationis sistit generalia circa Prærogativam Principum S. R. Imperii. Cap. 2. exhibet Prærogativam Electorum præ aliis S. R. I. Statibus. Cap. 3. agit de Prærogativâ Electorum inter se ipsos. Cap. 4. de Prærogativâ Principum non-Electorum præ aliis Imperii Statibus; & Cap. 5. de Prærogativâ Principum non-Electorum inter se ipsos. Candidatus hic lucem vidit an. 1671. d. 29. Martii, in pago Ducatus Saxoniz inferioris *Marienwald*/patre *Ludolpho Hölty*/Seren. Saxon. Ducis Iulii Francisci quondam Saltuario, jactisqve in Schola Lubezensi studiorum fundamentis, Wittebergæ ac Rostochii literis operam dedit.

Idem *Johannes Klein* I. V. D. & Pand. Prof. P. nec non Consist. Duc. Mecklenb Director, *Dissertationes suas Academicas*, diverso hætenus tempore habitas, propediem uno volumine junctas edet; ubi apparebit Disp. Jurid.

de *Gemmis*, olim ab Auctore sub præsidio *Tobia Reimers* I. V. L. Francofurti ad Viadrum habita, 1679. (12. plag.)

Inaug. de *Dominio Interimistico*, vom Interims-Eigenthumb/ab Auctore Rostochii proposita an. 1684. Præfide *Jo. Sibrando*, I. V. D. & Decretal. Prof. P. (8. plag.)

de *Beneficio Competentia*, per theses ventilata, Resp. *Thoma Amstel*, Rostoch. 1686.

Inaug. de *Diebus Criticis* seu *Decretoriis*, vulgò von den Gefahr-Tagen/ Resp. *Frid. Kretschmer*, Eutrav. Müñ. 1687. (6. plag.)

de *Presumpta Donatione*, Resp. *Georg. Wolhard Danimen* / Rostoch. 1689. (10. plag.)

de *Inuito nullo prævio facto obligatorio Contractus vel delicti*, Resp. *Christoph. Knobloch*, Regiom. 1689. (9. plag.)

- de *Resignatione Judiciali*, vulgo von der Gerichtl. Auflassung/ Resp. *Mich. Henrico Weddertop*/ hodie Seren. Holfat. Ducis Confil. Aul. 1691. (7. plag.)
- de *In- & Exculpatione vulnerati moribundi*, vulgo von der Ver- und Entschuldigung eines sterbenden. Verwunderen. Resp. *Ioach. Christiano Hillebrando*, Rost. hodie I. V. D. 1695. (9½. plag.)
- de *Favore Matrimonii contrahendi in mitigandis poenis*, von gelinder Bestrafung zu Ehren dem H. Ehestand/ Resp. *Angusto Magno Fectio*, Ioh. fil. 1695. (6. plag.)
- Inaug. de *Inhibitione Judiciali in causis Appellationum*, vulgo, von Obergerichtl. Verboth/ Resp. *Petro Benedicto Winckler*/ Lubec. nunc I. V. D. 1696. (6½. plag.)
- Inaug. de *Iudice suspecto*, vom verdächtigen Richter/ Resp. *Ioach. Ioh. Brönting* / Wismar. hodie I. V. D. & S. Trib. R. Wismar. Adv. Ord. 1696. (14½. plag.)
- Inaug. de *Nundinis solemnioribus*, vulgo von Reichs-Messen / Resp. *Iac. Sebaß. Lauremberg*/ Rost. nunc I. V. D. 1696. (3. plag.)
- de *Convenientia Iuris Culmenfis & Gedanensis, cum jure communi, Saxonico, Prutenico, & Lubecensi*, Resp. *Dan. Gothofr. Nimsgart*, Gedan. 1697. (16½. plag.)
- Inaug. de *Fore illustri filii delinquentis*. Resp. *Ioach. Christiano Hillebrando*, Rostoch. nunc I. V. D. 1697. (6. plag.)
- de *Dubia Primogenitura, jure*, vulgo, von dem Recht der zweifelhaften Erstgeburt/ Resp. *Christoph. Damm*/ Regiom. 1697. (8½. plag.)
- de *Mitigatione poenarum favore Matrimonii iam contracti*, von gelinder Bestrafung zu Ehren dem H. Ehestande / Resp. *Hans Hinrich von Gallern*/ 1697. (7½. plag.)
- de *Innoxia Mulierum Iuris ignorantia*, vulgo, in welchen Fällen den Weibern nicht schade der Rechten unschuldig zu seyn. Resp. *Ioh. Adolpho Krohn*/ Lub. 1697. (6½. plag.)
- de *Præferentia Matrimonii in concursu duorum*, vulgo, wer von beeden den Vorzug habe / da sein Ehegatte sich an 2. zugleich verheyrathet hat. Resp. *Davide Gloxin*, Lub. 1698. (7. plag.)
- Idem Celeberrimus D. *Kleinus*, propediem editurus est *Notas suas perpetuas ad Lauterbachii Compendium Iuris*, nec non

Meditationes suas ad *Pandectas* per velitationes publicas continuabit.

GRYPHISVVALDIAE

In Museo *Comradi Tiburtii Rangonis*. SS. Theol. D. &c. Summarium & typum. exspectant sequentia:

1. Historia Perfectismi a Mundo condito, oder Historische Beschreibung der Kegerey derer / welche lehren/es könne der Mensch in diesem Leben in der Heiligung vollkommen werden/ mit rechter Auslegung der Redensarten der H. Schrift/ auch Widerlegung der trüglichen und falschen Erklärungen der Widersacher in X. Bücher getheilet. Verfertiger von C. T. Rango, der H. Schrift D. und Prof. Publ. Prim. in Greiffswald/ des Königl. Geistl. Consistorii Præsidenten/ des Herzogthums Vorpommern und Fürstenthums Rügen General Superintendenten, Setner Facultät Decano.
2. Macarismi, seu, de vera Beatitudine Libellus, h. e. Synoptica Concionis Matth. V. 1-10. a Salvatore Jesu Christo habitæ Tractatio Exegetico-Polemico-Moralis, Autore eodem.
3. Historia Syncretismi a Mundo condito, d. i. Historische Beschreibung der Religions-Mengerey von Anfang der Welt/worin die Griffe und Heilmittelkeiten der Syncretisten, aus Gottes Wort/ der Kirchen-Historia A. u. Neuen Testaments/ Urkunden/ Originalien, MSS. wahrhaftig entdecket sind; also vermehret/ daß sie noch so groß ist/ als die erste Edition. Autore eodem.
4. Historia Ecclesiastica præsentis Seculi XVII. Deutsch.
5. Der Rangonischen Naturalien-Kammer anderes/ und theils selbst/ theils von guten Freunden gesammelteres und zusammen getragenes Cabinet, noch von Mineralien, Metallen, Steinen/ Stößen/ &c.

ANCLAMII

Ioachim Christianus Warnck, Anclamenfis, die Passionis Dominicæ Orationem habuit de *Agno Dei mystico*, ad quam benevolis auribus audiendam omnes Agni Divinitatis plenissimi cultores religiosos programme invitavit M. *Iob. Georg. Buschman*, Scholæ Ancl. R.

SEDINI

Typis Friderici Ludovici Rhetii, Regii Typographi, impressa est *Oratio*, quâ *Otto Wilbelmus de Klincksroem* Inaugurationem Serenissimi ac Potentissimi Principis & Domini, Dn. CAROLI XII. Svecorum, Gothorum & Vandalorum Regis, &c. d. 14. Dec. 1697. Holmiæ solennissimo ritu feliciter peractam, in Pomeraniâ verò Regiâ die 3. Martii 1698. publicis supplicationibus ritè celebratam, in Auditorio majiori Gymnasii Regii Sedinensis humillimè excepit. (7. plag. in fol.)

GEDANI

Sub Prælo sudant sequentes libri, propediem edendi:

Idea Metaphysicæ Schelgwigiana, succinctis tabulis inclusa, quibus expositio cum exemplis perspicuis subnectitur, accurate D. Johanne Gottlieb Mollero. (Hæc conformabitur *Ideæ Logicæ*, jam antehac editæ) in fol.

Hermanni Conringii de universa eruditionis à N. C. usque ad nostra tempora propagatione ejusque Scriptoris Commentarius; quem collatis inter se MSS. exemplaribus, Indicibus & vitæ Scriptorumque Conringii historia, nunc primum edit, ac Disputationibus 16. publicis, Lectionibusque privatis in Athenæo Gedanensi illustrat I. G. Molerus. in 4.

Samuelis Puffendorffii de Officiis hominis & Civis libri duo, in usum Athenæi Gedanensis recusi, & 30. Disputationibus illustrati, per Eundem. Adjungitur Index duplex, & ad B. Schomerum Epistola de Studio Philosophiæ & Theologia Moralis, hætenus inedita. in 12.

Samuel Schelgwigius D. ann. 1696. publicavit primam partem *Quakerismi Confutati*, in articulis de Principio cognoscendi I. e. Lumine Quakeriano, de Scriptura S. de Deo, de Persona & Officio Christi, de Creatione & Creaturis nobilissimis, Angelis & Homini-
bus, de Imagine Dei, de Libero Arbitrio, de Peccato, & de gratia. Nunc brevi in Typographia ad finem decurret Operis illius

lius patet *altera*, in articulis de Electione, Vocatione, Regeneratione, Conversione, Iustificatione, Pœnitentia, Unione mystica, Sanctificatione, Cultu Dei, Bonis operibus aliis, Lege, Evangelio, Sacramentis in genere & in specie, Ecclesia & tribus. Hierarchiis, denique Novissimis. in 4.

THORVNII

Sub exitum superioris anni edita fuit *Consignatio Speciminum Diligentia publicorum*, à Gymnasii Thoruniensis Studiosâ Juventute anno 1697. sive disputando sive perorando exhibitorum. (1½. plag. in 4.) Teste hoc laborum Gymnasticorum Catalogo, I. M. Georgius Wendius, Rector & Prof. P. post præcedentes quinque alias Disputationes de Republica Ebraeorum hoc anno disputationem sextam, septimam, & octavam eamque ultimam, habuit. Disputavit etiam de Notabilibus & Curiosis quibundam Thoruniensibus; item de curiosis nonnullis, sed immerito in dubium vocatis, huius seculi inventis. II. Wenceslaus Iohannides P. P. sex Disputationes Theologicas habuit, 1. de Nativitate Christi, 2. ex Lectionibus Decalogici. 3. de Ascensione Christi & de Spiritu S. 4. de Lege. 5. de Bonis Operibus. 6. de Deo. III. M. Iohannes Sartorius, disputavit de Scriptis Christi & Apostolorum merito suspectis. De Scriptis C. & Ap. falso suspectis. De Cereis ad S. Eucharistiam accendi solitis. De Naziratu Ioh. Baptistæ. De Calice Baptismali. De Baptismo Sangvinis. De Baptismo Flaminis. De Philippi Arabis fide in Christum sublesta. De Athanasio in persecutione fugiente. De Auctoritate Pontificis circa Concilia. IV. M. Martinus Wöhm Decades sex Thesium miscellanearum, ex Theologia, Jure, Philosophia & Historia, in Cyclicis Disputationibus proposuit, quarum ultima egit de Characteribus dextræ verique Didacali. V. M. Paulus Pater, Hung. Mathem. P. P. ex Epistolis Plinii, & quidem 6. 7. 8. 9. & 10. Libri III. disputavit. VI. Iohannes Kezik, P. P. Materiam Disputationum e libri Tristium Ovidii eruit. Præterea quoque varix Orationes ac Declamationes tam ab ipsiis Professoribus, quam Discipulis habitæ, nec non specimina Græca & Poetica (notatis simul diligentium & pigrorum nominibus) exhibita sunt. Idem.

Idem paullo ante dictus *M. Georgius Wendius*, Gymnasii Thorunienſis Rector, hōc ipſo anno 1698. edidit *Sylogem Obſervationum aliquot Historico-Politicarum*, è *Sereniſſimi Poloniarum Regis AVGVSTI II. Nomine, Perſonā, Familiā, Electiōne, &c. petitarum*, Sacræ Regiæ Iplius Maieſtati, primā vice Thorunii Urbem ingreſſuræ, faulti omnis ergo ſubmiſſiſſimā animi devotiōne offerendam. (1. plag. in fol.) Diſputavit etiam d. 19. Mart. de *4. Imperatorum Roman. Nummis, in memoriā Victoriæ de Sarmatis olim reportatæ cuſis*, Reſpondente *Johanne Czimmermann*, Thor. ſymbolamqve ſuam conferentibus *Chriſtiano Joſo, Vinculae Radoſſio*, & *Chriſtiano Grefimānus* Polonis. (2. plag. in 4.) Quatuor iſti nummi ſimul in fronte diſputationis ære expreſſi ſunt.

RIGAE

M. Iohannes Vppendorffius, Gymnaſii Regii Rigēſis Rector, (de quo menſe Januār. p. II. dictum) *Dorpatum* nuper vocatus eſt, ad obeundam in iſtā Liſſoniæ Academiā *Græcæ ac Orientalium Linguarum* Profeſſionem, quā *Gabriel Skragge*, Conſiſtorii Aſſeſſor & Paſt. Cavvelect. (ad Profeſſoris *Theologi* officium promotus) vacuam reliquit.

REVALIAE

Superiori anno 1697. *M. Iohanni Andrea Helwigio* (Berolinenſi, B. D. *Jacobi Helvigii*, Episcopī quondam Eſtonienſis & Revalienſis filio) qui *Narvā* ad Paſtoratum Teutonicum vocatus eſt, in munere Eccleſiaſtico Templi Cathedralis Revalienſis ſucceſſit *M. Georgius Salemann* Revalienſis, antehac Wittebergæ Fac. Philoſ. Adjunctus, ubi pro loco iſto obtinendo an. 1694. de *Molitionibus Anabaptiſtarum in Svecia* diſputavit.

Eodem anno *Petrus Sebeck*, Veſtmanniæ Svecus, in Gymnaſio, quod Revaliæ floret, Mathematicum Profeſſor, ac muniminum Præfectus, exhibitō (pro collatō munere) in Academiā Dorpatenſi ingenii ſui ſpecimine, per Diſputationem *Herculeſtonico-Trigonometricam*, ſive *Metbadorum Architectura militaria, cum univerſaliorum tum ſelectiorum, analyſin*, in dictō Gymnaſiō d. 16. Decemb. de *Præſtantiā utilitateqve Matheſeas* Orationem inauguralē

auguralem habuit. Antecessor ipsius fuit *Henricus Iulius Woltesmas*, Hamelenfis, qui præter disciplinas Mathematicas etiam Iurisprudentiam publicè docuit, & an. 1696. d. 21. Octob. postquam 19. annos demandato sibi officio præfuerat, quadragesimo quintò ætatis annò obiit. Ingenii fœtus, quos reliquit, hi sunt:

Anfang der Attaquen, wie er/ mittelst Bönllicher Hülffe/ denjenigen Herren von Adel zuvor beygebracht wird/ welche die rechte fundamentelle Defensive lernen wollen. Revaliæ, 1682. in 12.

Definitiones und Handgriffe der Geometrie, so viel deren nöthig sind/ ehe man die rechte gründliche Geometrie fassen kan. Reval. 1688. in 12.

Gedächtnis Grund der Historien und Land-Carten / wie er täglich bey denen anvertrauten getrieben/ und darnach eine weitläufftigere Aufsführung solcher beyden Wissenschaften darauff gebauet worden. Reval. 1690. in 12.

Definitiones & Divisiones juris, in usum Tyrorum selectæ, & exemplis illustratæ. Reval. 1691. in 12.

Michael Sigismundi, Fridlandiæ - Bohemus, Gymnasii Regii Revaliensis Rector & Inspector, an. 1697. d. 25. Nov. in gloriosissimam CAROLI XI. Svecorum R. memoriam orationem panegyricam habuit, quæ boni Christianique Regis ac Principis ideam, sub comparatione imprimis cum *Gustavo Adolpho*, proposuit. Idem quoque hõc ipsò an. 1698. d. 4. Martii orationem gratulatoriam, recens unctum Regem CAROLVM XII. cum Sole comparantem, recitavit.

Vtrumque etiam fecit *Iohannes Rudolphus Brebmus*, Erfurto-Thuringus, Eloqv. & Histor. in Gymnasio Regio Reval. Professor, qui postquam superiori anno 1697. d. 25. Nov. augustis Manibus Potentissimi Svecorum Regis CAROLI XI. parentaverat, institutâ cum *Alexandro M.* comparatione ostendens, Carolum istò in multis superiorem, in reliquis non inferiorem fuisse; Hõc ipsò, quò nunc vivimus, annò 1698. d. 4. Martii, solennem Augustissimi R. CAROLI XI. unctiorem Oratione gratulatoriâ est prosequutus, quæ *Kegalia*, seu *Insignia Regia*, quæ in ejusmodi festivitatis adhiberi solent, *Coronam* scilicet, *Sceptrum*, *Gladium*, *Imperiale Pomum*, & *Clavem* exposuit.

Hos exceperunt duo alii Virtutum Regiarum præcones, scilicet *Andreas Mennander*, Boreâ - Finlandus, jam per biennium Scholæ Acropolitanae Reval. Rector, qvi d. 7. Martii 1698. solennem CAROLI XII. unctionem Oratione ligatâ celebravit: & *Iohannes Ioachimus Helwigius*, Berolinensis, Director Musices & Gymnasii Regii Reval. Collega, qvi pariter d. 7. Mart. 1698. (ob eundem Vnctionis actum) Orationem Germanicam, de officio subditorum erga suum Regem, Carminicè habuit.

GOTHENBURGI

Ioh. Iacobus Döbelius, Med. D. & Civitatis Gothoburgensis Provinciæqve Bahusiensis. Medicus Ordinarius, tractatum. edidit, cui titulus ::

*Penis glandem cancrōsi ac feliciter dissecti historia, cum annexa disquisitione, num qui integris instructus est testiculis, pene verò vel naturâ breviorē vel casu abbreviato, ad proli-
ficationem aptus esse possit?*

Lipsiæ & Hafniæ, impensis Io. Melchioris (sieben), Bibliop. Hafniensis, 1698. (2. plag. in 12.)

In præfatione hujus libelli agitur de variâ castratione vel à manu alienâ vel propriâ peractâ. Tractatus ipse notabilem operationem Chirurgicam enarrat, quâ Senî, sexagenario majori, recisâ genitalium cancrōsâ parte & vita conservata & valetudo restituta fuit: Abscisâ molis (25½. lothones, seu 12. uncias cum tribus quadrantibus pendentis). superior inferiorque facies Tab. III. expressa est. Tandem quæstio addita affirmativè deciditur.

HAFNIAE.

Die 21. Martii placidè diem suum obiit *Iohannes Theodori F. S. R. M.* in Collegio Cancellariæ Secretarius & Celsissimi Dn. Guldenslövi per 28. annos, Vir doctissimus & optimus. Multis Legationibus Regiis tanquam Secretarius fuit adhibitus, quibus etiam 4. *ingentibus voluminibus* annotandis diligentissimus fuit, quæ ad Archivum Regium moriens legavit, & deponi iussit. In pauperes lautas omninò summas liberaliter erogavit, quod cœlibem vitam duxerit,

duxerit, & heredes ejus satis locupletes non indiguerint. Rerum naturalium & Numismatum rariorum pulcherrimum musæum collegerat, & ditissimum, quod Celsissimo suo Domino *Güldenlövio* legatum esse voluit in sui memoriam. Natus Hafniæ an. 1630. d. 8. Maji, annos ætatis 68. penè attigit.

M. Andreas Frölundt, è Societate Medicæa, post habitas hætenus: *rei* Exercitationes *Anti-Spencerianæ*, de *Χαιρε-κα* *ποδορσία* *Sacerdotum Ebraorum*, *stante Templo secundo*, quartam nuper & quintam publicæ Eruditorum censuræ subjecit; & quidem Exercitationem *quartam* d. 30. Mart. *Philippus Julius Bornemann*, Cosmi fil. *Quintam* verò d. 6. Aprilis *ioachimus Koba* respondendo defendit.

Die 10. Aprilis in locum *B. Iob. Adolphi Bornemanni* (de quo mens. Apr. p. 61.) ad Pastorum S. Mariæ Virg. & Præposituram Socchelundensem promotus fuit *Iohannes Dorschaus*, an. 1661 d. 26. Apr. natus, Castrensis primùm in Anglia, Scotia, Hibernia, ac Flandria Præpositus, deinde Pastor ac Præpositus Coldingensis, hinc Principi CHRISTIANO gloriosæ memoriæ à Confessionibus sacris, & demum Hafniæ in templo S. Spiritus Pastor primarius. Hujus autem spartam, quam in Æde S. Spiritus obiit, iterum occupavit *Franciscus Thestrupius*, (*Olas*, præcedenti mense Apr. p. 58. nobis dicti, pater) in Dalbye Fioniæ an. 1653. d. 6. Julii natus, & ex Rectore Neoburgensi in Fioniâ (ab an. 1675. ad 1681.) primùm Vice-Pastor deinde verò Pastor primarius Nackscoviensis 1684. & Lalandiæ Septentrionalis Præpositus 1685. qui hoc ipso anno 1698. quatuor Conciones Nuptiales Latinas edidit, sequenti titulo:

Tede Nuptiales, à Patre luminum accense, Neonymphis ad illustrandam mentem prælata, jam verò in Candelabro, ut piis luceant, posita à Francisco Thestrupio, Nackscoviens.

Eccles. P. & vicinar. Pr.

Havniæ, an. 1698. sumptibus Ioh. Melch. Lieben, Reg. Acad. Bibliop. Literis Iustini Hög, Univ. Typogr. (7½. plag. in 8.)

In præfatione recensetur occasio horum Sermonum; quorum primus habitus est c. Gen. 24, 64. *Et elevavit Ribca oculos suos & vi-*

dit *Nachum* & cecidit de super camelo, p. 1-25. Secundus è Gen. 26, 8. *Izaccus* colludibat cum *Riëca* uxore sua, p. 25-44. Tertius è Psal. 35, 27. *Dominus* vult pacem servi sui, p. 44-71. Quartus è Prov. 4, 8. *Honorabit te cum amplexaberis eam*, p. 72-95. Desiderio Germanorum ut Bibliopola, qui in Latinos hos Sermones sumptus fecit, satisfaceret, eosdem studio *Georgii Crameri*, Gröninga - Saxonis, SS. Theol. C. in linguam Germanicam transferri curavit.

Die 11. Aprilis & seqq. selectissima Bibliotheca Dn. de *Valliseau*, Legati Extraordinarii Brandenburgensis apud Regem Daniæ per multos annos, qui nunc aliò vocatus discescit, auctione publicâ distracta est.

Iohannes Steenbuchius, Oriental. Lingvar. Professor, pensum suum (aliqvot hætenus Dissertationibus publicè propositum de *Lexicorum Ebraicorum & Concordantiarum defectu*, indeque *dependentibus variis Versionum & Glossarum hesitationibus*, nuper absolvit, tuente Disputationem ultimam d. 12. Aprilis *in arena 17che*, Philof. Baccalaureo. (Integer tractatus, sex dissertationibus comprehensus, constat 13. plag. in 4.)

Sequenti d. 13. Apr. *Christianus Willichius*, Collegii Medicei Alumnus, examini *Φιλαρέτων* submitit Schediasma Ethicum, de *malorum omnium fonte*, *Philautia*, Respondente *Petro Subr.* (2 $\frac{3}{4}$. plag. in 4.)

Die 14. Aprilis funus *Francisci Iherhardi Speckhanii* elatum, & Ripas in Iutam solenni pompâ avectum est, ut ibi monumento suo inferretur. Septuagenarius hic ante aliqvot menses Hafniæ decesserat. Vir literis deditissimus, illarumque patronus eximius, qui diu in aulâ Regiâ Marescalli officium gesit, & an. 1684. d. 5. Maji inter Eqvites auratos Ordinis Danebrogici allectus, tandemque Præfectus Regius Ripensis factus, jam Comiti de *Schacken* idem Feudum tradidit.

Die 28. Aprilis Illustris & Generosus Vir, *Marcus Giöe*, Consiliarius Intimus, Statûs & Justitiæ, Eqves Auratus Ordinis Danebrogici, Præfectus supremus Academiae Illustris Hafniensis, & hereditarius Dominus de Brahesborg, decessit. Eloqvientiâ singulari

lari præditus, & verè Cicero Danicus. Extant aliquot eruditionis ipsius Specimina typis impressa, quæ tam disputando quàm perorando Adolescens in Academiâ Soranâ edidit, ubi parens ejus *Falco Giõe*, Dominus de Hvid-Kilde, summi quoque Præfecti munus gesserat. Varias etiam Legationes in Hispaniam, Angliam, aliasque provincias obiit. Ultimus familiæ masculæ Giøorum, non nisi filias binas, ex ultimo conjugio susceptas, reliquit.

Ex LALANDIA Maris Balthici Insula

Die 16. Martii anni hujus 1698. Illustrissima Domina, Comitisſa *Leonora Christina*, CHRISTIANI IV. Regis filia, Vxor quondam Comitis *Cornificii Vffeldii*, obiit in Monasterio Mariæbœnſi in Lalandia, quod habitavit ab an. 1686. ibique sepulta 6. Aprilis quiescit. Nata an. 1621. d. 22. Junii, ætatem ferè ad annos 77. extendit. Quantis fortunæ lufibus & ludibriis fuerit exposita, totus orbis novit; quantà verò Clementiâ Augustissimus Rex CHRISTIANVS V. illam ejusque domum complexus sit, non minus notum hætenus extitit, & illa *Carminibus* suis elegantissimis testatum fecit. Erat enim in iis pangendis fecundissimo ingenio, & eruditione tam Latinæ quàm exoticarum Lingvarum examussitatâ prædita, Iudicii & prudentiæ singularis, supra sexum. Quin & Heroïna tanta *Heroïnarum prudentissimarum, fortissimarum, castissimarum*, &c. *Vitas* collegit & elaboravit, quod opus adhuc ineditum ad heredes transibit. Propter hanc elegantem eruditionem & ingenii præstantiam hoc locò meritò deprecanda.

Ex FIONIA Maris Balthici Insula

Die 16. Aprilis *Benedictus Petri Top*, Pastor Ecclesiæ *Kertemindenſis* in Fioniâ, vitam cum morte commutavit.

Ex IVTIA.

Olae Biørnoniæ, Pastori *Tiſtedenſi* in Wensysſelâ Iutiæ provinciâ, supremi Tribunalis Regii ſententiâ ab officio remoto, ac in Bornholmiam Insulam deportato, succedit *M. Sixtus Affach*, Theologiæ Candidatus.

Ex Insula Ducatûs Slesvicensis DAGEBVL

Laurentius Enewald, Pastor Dagebullenfis, cum V. Cl. *Samuele Reybero*, I. C. & Mathematico Kilonienfi, fingularem *Salis Frisici* (quod vocant) conficiendi modum, sermone patrio accuratè descriptum, communicavit, cuius summa hæc est: Ad Præfecturam Tunderensem, in Ducatu Slesvicensi, (haud procul a loco, qui dicitur Christian-Albrechts-Koeg jum Wöfingharde) exiguae duæ maris Septentrionalis Insulæ, *Dagebul* & *Gamsbul* appellatæ, pertinent, quarum incolæ, Frisonum antiquorum progenies, hunc *Salis* præparandi modum observant. Ineunte Majo mense ex ipso maris fundo, quem recedente æstu licet fodere, certam materiam palustrem (limo tectam) partim nigri, partim verò grisei coloris, protrahunt, quam *Tœrre* & *Cleem* appellant. Hanc, solis radiis probè exsiccata, ignis ope redigunt in cineres, cineribus autem istis aquam marinam affundunt, eandemque percolant. Denique percolatam illam muriam (quam suo idiomate *Breen* vocant) ferreis coquunt sartaginibus, & ita parant sal, quod Lüneburgensi vix cedit, immò certo modo illud superare, & lardo aliisque id genus alimentis condiendis aptius esse creditur.

In ANGLIA, Ducatûs Slesvicensis Provincia,

Petrus Goldschmid/ Pastor Sterupensis, librum vernaculum edidit, de *Apparitionibus Spectrorum & Lemurum*, (D. *Balthasari Bekker* aliisque id genus hominibus minùs credulis oppositum) cui titulus:

Petri Goldschmids/Pastoris Sterupensis, hõllischer Morpheus, welcher kund wird durch die geschehene Erscheinungen derer Gespenster und Polter-Geister: so bisshero zum Theil von keinem einzigen Scribenten angeführet und bemercket worden sind. Daraus nicht allein erwiesen wird/ daß Gespenster seyn/was sie seyn/ und zu welchem Ende dieselbigen erscheinen/wieder die vorige und heutige Atheisten/ Naturalisten/und nahmenelich D. Beckern in der bezauberten Welt &c. aus allen aber des Teuffels List/ Tücke/ Gewalt/ heimliche Nachstellungen und Verrug/ hand-greiflich kan erschen und er-fande werden.

Hamburg/verlegt Gottfried Liebernicksel/1698.

i. e. *Petri Goldschmids / Pastoris Sterupensis, Morpheus
Infernalis*, &c. (1. Alphab. 6. plag. in 8.)

Capite 1. hujus libri docetur, homines nostri sæculi quidem libenter de gravissimis Religionis Christianæ capitibus loqui, sed paucissima eorum credere. Caput 2. in genere illos indicat, qui existentiam Dæmonum negarunt, aut singulares stolidasque opiniones hæc de re habuerunt. Capite 3. in genere demonstratur Dæmonum existentia. Caput 4. Existentiam Dæmonum ex apparitionibus Spectrorum demonstrat, ac in specie nomina eorum, & æquivocam vocis *Gesicht* (Visionis) significationem ponderat. Caput 5. existentiam Spectrorum confirmat, & nonnullos eam inficiantes arguit. Capite 6. docetur, quotuplicia sint Spectra Diabolica. Cap. 7. indicatur, quid sint Spectra. Cap. 8. Quanam Dæmoniorum potestas sit, ostenditur, quatenus hic de Spectris sermo est. Cap. 9. Finis & scopus Apparitionum Spectrorum notatur. Tandemque Capite 10. afferuntur media, pellendis Spectris inservientia.

SLESVICK

Johannes Conradus Kieffer, hactenus Consiliarius Ecclesiasticus, & Concionator Aulicus Seren. Ducis Slesv. Holf. jam verò vocatus *Propositus Tunderensis*. (in locum B. *Petri Zuzcheri*, qui an. 1697. mense Maio obiit) *Conciones singulares* edidit, hoc titulò:

*Eonderbare Predigten / so zu unterschiedenen Zeiten gehalten / und
iez sampt einer vor dem verfertigen Trost-Schrift zum Druck
übergeben worden &c.*

Schleswig bey Lorenz Eckstorf. an. 1698. (2. Alphab. in 4.)

Hoc opere 4. Conciones continentur. *Prima* sistit (*or ardens*, das brennende Herz. ex Luc. 24, 32. *Secunda* agit de *provido usu Temporis*. vom fürsichtigen Gebrauch der Zeit. / ex Eph. 5, 15. 16. *Tertia* exhibet *mutationem mortis à Deo destinatam & felicem*, die von Gott bestimmte und dabey glückliche Todes-Veränderung / ex Hiob. 14, 5. 14. in funere Baronis *Ioh. a Grotzow*, & Chiliarchi *Ioh. Christophori à Düringen*. *Quarta* denique proponit *Iesum fletum super Hierosolimam*, den über Jerusalem weinenden Jesum / ex Luc.

Luc. 19, 41. sq. Annexus est sermo paracleticus (Grossschriß) ad
fœminam nobilem, *Otonis Ranzovii*, Seren. Ducis Slesv.
Holf. Aulæ Mareſchalli, Viduam, ſecundâ vice editus.

KILONII

Franciscus Cruſe, Lubecenſis d. 20. Apr. Orationem re-
citavit de *fulminea voce Chriſti*, quâ cohortem, ad ipſum
comprehendendum miſſam, ut fulmine humi proſtravit.

LVBECAE

Prodiit *Iob. Iac. Stolterfohti*, D. Medici Lubecenſis, & Prof.
Gryphiſvv. Diſſertatio Epiſtolica de *Sudore Sangvineo*, ad *M.*
Bernbardum Krechting, Rev. Miniſterii Lubecenſis Seniore, &
Paſtorem ad D. Mariæ, &c. 1698. (3. plag. in 4.)

Superioris quoque anni numerum quidem præſert, at nunc de-
mum officinâ typographicâ Ienenſi exiit! *Sigismundi Auguſti*
Pfeifferi, Sileſii, *Auguſti* filii, Diſſertatio Epiſtolaris apolo-
getica, pro ſtabiliendo themate: *Piſcem Iona deglutitorem fu-*
iſſe Balenam, oppoſita Viris Celeberrimis, D. *Chriſtiano Fran-*
cisco Paulini, Medico Iſenacenſi, & D. *Ioh. Heinricho Majo*,
Theologo & Philologo Giſſenſi, aliisque Lamiæ propugnatori-
bus; dicata D. *Ioh. Nicolao Pecblino*, Seren. Cimbr. Principis re-
gentis Conſiliario & Archiatro, &c. Lubecæ, apud Pet. Bock-
mannum, 1697. (3. plag. in 4.)

Tandem *Caspar Hacks*, Lubecenſis, SS. Theol. C. vocatus-
que Verbi divini apud Heidenſis in Dithmarſia Miniſter, natus an.
1669, d. 11. Mart. præmaturo fato abreptus, ante ſuſceptum mu-
nus illud ſacrum, d. 23. Aprilis obiit. In variis Germaniæ, Bel-
giique Academiis operam literis impenderat, ac Ienæ ſub præſidiô

M. Iohannis Buddæi, Anclamo-Pomerani, an. 1690. de *Ruinâ*
murorum Hierichuntinorum diſputaverat,

(4. plag. in 4.)

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Iunii M DC XCVIII.

ROSTOCHII

Johannes Nicolaus Quistorpius, Theol. D. ejusdemque Prof. P. & ad D. Nicol. Pastor, R. Ministerii Director, ac Patriæ Academiæ Rostochiensis hæctenus Rector, d. 3. Maji, præviâ Oratione de *Requisitis boni Professoris Academici*, fascès Academicos Rectoris-que munus Iohanni Kleinio, I. V. D. ac Pandectarum Professori P. nec non Consistorii Megapolit. Directori tradidit, qui simul de *Verâ & non simulatâ Studiorum Libertate* peroravit.

Ernestus Henricus Fecht, Durlaco-Marchico-Badensis (D. Ioh. Fechtii Theologi Rost. fil.) d. 6. Maji sub præsidio Ioh. Ernesti Schaperi, Med. D. & Prof. P. Disputatione publica exhibuit *Specimen Medicinæ Curiosæ*, quatuor Quæstionum enodatione ostensum; quarum prima est: Quid de iis hominibus statuendum, qui per multas hebdomadas, imò annos, sine cibo & potu vixisse dicuntur? An talis abstinencia in ipsis morbum arguat, & quomodo curandi sint. Secunda est: An vel naturaliter, vel per morbum fieri possit, ut homo lingvâ loquatur, quam nunquam didicit? Tertia est: Quid de *Nadrugala* radice, medicamine adversus Podagram, sentiendum? Quarta denique est: Quid de Inventis & promissis *Pegelianis* sit judicandum? (8½. plag. in 4.)

M. Henricus Ascanius Engelte / Rostochiensis, (de quo mens. Maj. p. 70.) respondente Ioachimo Willebrand / Lenzena-Marchico, d. 7. Maji, 1698. d. sputationem habuit, cui titulus: *Philosophus defensus*, h. e. Dissertatio, eorum, quæ P. Gassendus Exercit. III. & IV. contra Aristotelem ejusque scripta profert, nervum breviter excutens. (3. plag. in 4.)

Præside Ioh. Ioachimo Schæpffero, I. V. D. & Prof. P. Com. Palat. Cæsar. & Consistorii Ducalis Assessore, d. 13. Maji, 1698. de Re-

Restitutione in integrum disputavit *Iohannes Heinricus Schnitler* Rostochienfis, egitque de Definitione, Divisione, & Restitutione in genere; de Restitutione in Integrum ex Capite Metus; de Dolo malo; de Minoribus; ex quibus causis Majores. (1. plag. in 4.)

Idem præcedentis Disputationis Præses, *Ioh. Ioachim Schæpf-ferus*, jam antehac in Academiâ *Vindrinâ* edidit *Synopsin Iuris Privati Romani & Forensis*, quâ solida Jurisprudentiæ fundamenta secundum ordinem Digestorum breviter & perspicue proposuit. 1692. (5. Alphab. 7½. plag. in 8.) Disputationes quoque, ut Professor Iuris Extraordinarius, sequentes ibi habuit:

De *Litterarum acceptatione*, von *Annehmung der Briefe* / Resp. *Christiano Hertelio*, Rummelsburg Pom. 1684. (4. plag. in 4.)

De *Cessatione L. Anastasiana*, Resp. *Ioh. Sam. Jüedecke*, 1684. (9. plag.)

De *Alimentis & Dote familiarum Nobilium*, Resp. *Io. Georg. de Freiberg*, Eqv. Anhaltino, 1685. (7. plag.)

De *Sumptibus Studiorum*, Resp. *Dan. Wietz*, Halâ Sax. 1687. (4½. plag.)

De *Dispensatione Matrimoniali*, Resp. *Christoph. Henr. Schulz*, Hannov. 1688. (3½. plag.)

De *Iuvenum Virgionum privilegiis*, Resp. *Job. Henr. Schulz*, Hannov. 1689. (8½. plag.)

De *Foro Studiosi delinquentiæ*, Resp. *Leonardo Erhard* / Smalcald. 1690. (7½. plag.)

De *odiernâ Ludorum Justitiâ*, Resp. *Franc. Theod. Schade*, Dresd. Misn. 1690. (4½. plag.)

De *Atramento*, Resp. *Christiano Frid. Runtsch*, Lips. 1691. (6½. plag.)

Rostochiis verò, præter illam, quam præcedenti mense Majo, p. 70. diximus, Dissertationem de *Vusufructu*, jam anno 1696. disputavit de *Hæmorrhagiâ Vulsatorum*, von *Verblutung der Vermundeten* / Respond. *Leonardo Georgio von Stötteroggen* / Patricio Nob. Lüneburgensi. (19. plag. in 4.)

Andreas Daniel Habichborstius, SS. Theol. D. & P. P. Facultatis Theolog. Collegiique Proff. Ducal. Senior, ac Seren. Duc. Mekelb. Consiliarius, Consistorialis, Disputationem secundam de *Melchisedeco*, ad Gen. 14, 18. sq. & Ebr. 7, 1. sq. antehac Gryphisvaldiæ an. 1681. datâ occasione propositam, ob exemplarium ejus defectum, non-
nullo-

nullorum desiderio, recudi curavit, ut tractatus de *Melchisedeci Historia & figura* integer extaret, eamque sub ejusdem præsidio d. 14. Maj. ad sententiarum collationem proposuit *Hinricus Hierner*, Holsatus. (3. plag. in 4.) Tractatus enim hic *novem* constat Dissertationibus, quarum 1. agit de Melchisedeci Nomine & Personæ naturâ. 2. de Origine Viri & Stirpe. (Quas duas auctor Gryphisvaldiæ habuit an. 1681. Respondente *Engelberto Bronnero*, tunc Phil. Cand. & Eccles. Otterndorff. Diacono, nunc verò Phil. M. & Eccles. Wittmundensis in Frisiâ Orient. Pastore primario.) 3. de Melchisedeci Titulo Regio, Regiæque sedis loco Schalem. 4. de munifico Regis actu, scilicet prolatione panis & vini munificâ non sacrificâ. 5. de Titulo ejus Sacerdotali. 6. de Sacerdotali ejus actu, benedictione. 7. de Sacerdotali ejus effectu, Decimarum acceptione. 8. de Melchisedeci Typo innatò, quò Personam Christi & generationes ejus inexplicabiles adumbravit. 9. de ejusdem Typo, tum innato, quo officium Christi Regium & Sacerdotale representavit; tum illato, in S. Cœnâ bifariam spectato. (1. Alphab. & 3. plag. in 4.)

Io. Guilielmus Pfenningk, I. V. D. Illustriss. Regim. & Cancellariæ Megapol. Advocatus, scripsit Epistolicam Dissertationem ad D. *Joachimum Jo. Rango*, Practicum Lubecensem, de *Rangoniana gentis Illustri Splendore, Antiquo pariter ac Novo*. In quâ, fide Genealogorum, Chronographorum & Historicorum probatissimorum evincit, *Inclutam banc Familiam* à Græcis ducere originem, & jam inde à temporibus JUSTINIANI Imp. admiranda sumpsisse incrementa; postea verò inter Illustrissimos in Italiâ splenduisse, hodieque in Pomeraniâ, ingentibus meritis claram, Avitis Decoribus egregiè insistere, pristinamque gloriam, ad æmulationem eorum, qui ex *Rangonibus Ferrariæ ac Florentiæ* usquedum florent, non modò instaurare, verùm & novis Dignitatum accessionibus locupletare. Lubecz 1698, (5½. plag. in 4.)

Scripsit jam antea, tanquam Civis Academicus:

1. Orationem: *Vtrum contra Turcas Bellum Offensivum potius, quàm Defensivum sit suscipiendum*. Hab. Witteb. VII. Kal. Maji, 1682. ibidemque, eodem anno, typis excusam, in fol. 4½. plag. ubi suavit Offensivum, &c.

2. Disp. Philos. *de Jure Naturæ Hobbesiano*, Præfide *Iob. Georgio Neumanno*, tunc Philosophiæ Magistro, mox Facultatis Philos. Adjuncto, paulò post Poësëos Professore, hodiè S. S. Theol. Doctore ejusdemque P. P. Alumnorum Elect. Ephori, & Acad. Leucoræ Bibliothecario &c: Witteb. d. 29. Aug. 1683. (2. plag. in 4.)
 3. Disp. Philologico-Polit. de *Resp. Ordinandâ adf. Crisp. Sallustii Epist. Prior. ejusd. argum.* Præf. D. Georg. Casp. Kirchmajero, Orat. P. P. & hodiè Acad. Witteb. Seniore. Witteb. Mens. April. 1685. (5. plag. in 4.)
 4. Panegyricum, Illustriss. Heroi, Dn. *Iob. Ernesto à Knoch*, Potentiss. Electoris Saxon. in Sanctiori Consilio Senatori, &c. in L. B. à *Friesen*, Proto-Synedrii Ecclesiastici Præsidis, locum clementissimè admoto, Feriâ II. Paschatos 1697. inter plausus ac vota publica dictum. Witteb. 97. (7½. plag. in fol.)
 5. Disp. Inaug. Jurid. de *Rei Numaria Mutat. & Augmento*, von steigender und fallender Münze/ Præf. D. 10. *Philippo Slevogtio*, Antecessore, Jenæ d. 28. Aug. 1689. in 4. Hanc deinceps, secundis curis, longè locupletiolem & ordinatiolem reddidit, in
 6. *Tract. de Rei Numaria Mutat. & Augm.* Lipsiæ, 1692. (20. plag. in 8.)
 7. *Epistolas Argumenti varii*, quas, diversis hætenùs temporibus seorsim editas, nunc in unum fasciculum collectas, propediem junctim edere decrevit.
- Inter *Ms. Scpt.* ab ea composita, & quæ itidem prælum expectant, notabiliora sunt:
1. Tract. Tripartitus, de *Quotidianâ Indigentia, itemque Sumptibus Honorum, ac Funerum*, vom Noth-Ehren und Begräbniss-Pfennung.
 2. Tract. de *Charisterio, seu Subsidio Charitativo*, tum Ecclesiastico quam Civili, vulgò von Charitativ-Geldern.
 3. de *Numis ex are factitiis cussis*, von Alchymisttschen Medaillen ad Celeb. Virum, D. *Sam. Reyherum*. Epistolica Dissertatio.
- M. Bernhardus Petrus Karl*/ Osnabrugâ Westphalus (de quo mens. Apr. p. 51.) jam vocatus Ecclesiæ Patriæ ad S. Cathar. Minister, adeoque Academiæ huic lupremum vale dicturus, d. 18. Maji
- Dis-

Disquisitionem Historico-Criticam ex Antiquitate Sacra ventilavit, de *Versione Syra Novi D. N. I. C. Testamenti*, quâ nonnulla circa ejus antiquitatem & auctoritatem dubia modestè proposuit, Respondente *Io. Ioachimo Reuss*, Seehusa-Palæo-March. (6. plag. in 4.)

Præfide *M. Georgio Râpbelio*, Lubenensi Silesio, *Albertus Henricus tho Bühren*, Hamb. Phil. & Jur. Stud. d. 25. Maji *Jus Naturale Disputationum* publico Eruditorum examini submisit. E Præceptoris scilicet sui, *Vincentii Placcii*, Hamburgensis, Accessionibus Juris Naturalis Definitionem Societatis Disputatoriæ, ibidem p. 156. exhibitam, assumsit, eamque latius diduxit secundum methodum ipsius Medicinalem. Vnde in hac Dissertatione Disputationis Physiologia, Hygieine, Nosologia, Semeiotica, & Therapeutica traditur. (9. plag. in 4.)

GRYPHISVVALDIAE

Johannes Schack, I. V. D. & Prof. P. affectum & prælo paratum habet (1.) *Repertorium Mevianum*, (2.) tractatum de *Vitiosa Dominatione*, ubi singula Exempla, quæ adducuntur, ex Tacito deprompta sunt.

Johannes Gerdes, Phil. & Med. D. ejusdemque Professor P. Ord. nec non S. R. M. Svec. Archiater, librum imprimi curat, cui titulus:

Kentza-Crene; hoc est Descriptio Aquarum Soteriarum

*Kentzensium, addito earundem examine, de-
centique in utendo regimine. Auctore Ioh.*

Gerdes, Pb. & Med. D. & P. P. O.

Gryphiswaldia.

In duas partes dispescitur hic Tractatus, quarum I. agit de elemento aquæ in genere, docetque, quomodo aqua ordinaria differat ab aquis soteriis, & quanam circumstantiæ notandæ sint, antequam fonti alicui character salubritatis possit tribui, &c. quâ occasione plurima curiosa, tam ex alienâ quàm propriâ experienciâ deprompta, afferuntur. Pars II. agit de aquis Kentzensibus in specie, & situationem loci, occasionem inventionis, valorem aquæ, effectum

in diversis morbis, viam quâ ea operatur in corpore humano, remedia Medica quæ cum potu aquæ simul adhibenda, & dietam ægro necessariam, considerat: solutis insuper objectionibus, quæ dubia nonnulla generare poterant.

Idem D. *Iohannes Gerdes* alia quædam opuscula meditatatur, quælibet sunt:

1. De *ritu, exacte, prudenter & feliciter faciendâ Medicina*, Discursus, collatis opinionibus Veterum cum placitis Neotericorum, electis Iudiciis æquissimis Ratione & Experientiâ.
2. De *Morbis à Fascinâ* aliisque singularibus affectuum circumstantiis, ubi eâ occasione de τῶν ὁρίων Hippocratis.
3. *Semeiosis Medica*, &c.

Johannes Antonius Helwigius, Med. D. (cujus mens. Apr. p. 54. meminimus) hâc ipsô annô 1698. d. 7. Martii honoribus Doctoralibus ornatus, post operam medicam familiæ nobili de *Podevols in Sanitzkoy*, feliciter navatam, ipse aliquid contagii trahens, d. 2. Maji, vigesimô octavô ætatis annô, obiit.

M. *Jochimus Rosenovius*, Mathes. Prof. P. tractatum conscripsit, cui nomen *Ant-Artopæus*, & quo Philosophi Argentoratensis opinio de *Identitate Xerxis & Nebucadnezaris* refellitur. Sed editorem exspectat labor iste, qui typorum sumptus faciat.

M. *Brandanus Henricus Gebhardi*, Ling. S. Prof. P. post divulgatum hætenus Discursum *primum & secundum* de *Primavitate Lingvæ Hebrææ*, quem superiori an. 1697. d. 14. Jun. sub præsidio ejus defendit *Georgius Nicolaus Blocksdorff*, Gnojâ Mecklenburgicus, (5. plag. in 4.) nuper Discursum *tertium & quartum* d. 27. Maji Eruditorum examini subjecit, Respondente *Christiano Ruch*, Schlemmensi Pomerano. (5. plag. in 4.)

SEDINI

Fridericus Fabricius, SS. Theol. D. & Pastor ad D. Nicol. nec non R. Min. Senior, *Concionem* edidit, d. 3. Mart. 1698. in festo *Regis inaugurationis* habitam, cui titulus:

Die Königlischen Regalien / womit der groffe Gott Könige und Herren

ren begnadet / an dem hochfeyerlichen Saltungs-Fest des Großmächtigsten Fürsten und Herren / Herrn CARL des XII. der Schweden / Gothen und Wenden Königs / &c. nach Anleitung des verordneten Texts / neml. des XXI. Psalms / Vers. 1. 2. 3. in

der S. Nicolai Kirchen in Alten Stettin

vorgeleget / &c.

Alten Stettin / gedruckt bey Friedr. Ludw. Nheg
Königl. Buchdr. (7. plag. in fol.)

STARGARDIAE

In Collegio Gröningianò, à Juvenibus ibi literis operam dantibus, d. 24. 25. & 26. Maji tres *Actus Scenici* exhibiti fuerunt, quorum argumenta (anni praesentis 1698. numerum exprimentia) hæc sunt:

1. *IosephVS AegyptiorVM Prorex In Theatro StargarDensi pVbLice exhibiVS.*
2. *Bironi anIMVs sVperbVs, perfIDVs, & herols trISts InteritVS, StargarI In Theatro pVbLice propoSitVS.*
3. *MasanieLLVs VILLs PlsCator, InsignIs Verò rebelLIs NeapolitanVs In Theatro sCholaStico exhibiVS.*

GEDANI

Ephraim Pratorius, antehac verbi divini Minister in Alte Münsterberg & Guoiau / jam vero Nosocomii Gedanensis Pastor, *Bibliothecam Homileticam*, jam an. 1691. evulgatam, denuò sub incudem revocatam, & dimidià parte auctam edidit, hoc titulò:

Bibliotheca Homiletica, oder Homiletischer Bücher-Vorrath / vorstellend Autores Homileticos 1. über die ganze H. Schrifft / und zwar über ein jedes Biblisches Buch / Capitel und Vers. 2. Über allerhand Casus, Fälle / Begebenheiten und merckliche Materien. 3. Über die vornehmsten Kirchen-Gefänge und geistliche Lieder. Jetzt auff s neue übersehen / und auff die Helffte vermehret. Nebst doppelter Zugabe: Nemlich Anweisung (1.) zu leicht-Abdancungen. (2.) zu Lehr-Acten über die Evangelia / Episteln / und Catechismus. Mit allen Fleiß und

und Treue zusammen getragen/ und mit vollständigen Registern der
 Autorum und Rerum versehen / von Ephraim Prætorio,
 Prediger Göttl. Wortes beyrn Lazarus

zu Danzig.

Gedruckt zu Leipzig/ Verleges Johann Friedrich Gleditsch. 1698.

(8. Alphab. 14. plag. in 4.)

REGIOMONTI

Johannes Henricus Starcke, Phil. ac Med. D. ejusdemque
 Prof. P. Ord. & Seren. Elect. Brand. Consiliarius ac Archiater, d. 15.
 Febr. & seqq. *Anatomen publicam cadaveris femmini* instituit, ad-
 eoque analysin anatomicam subjecti *virilis*, ante hos quatuor annos
 habitam, continuavit. Privatim verò superiori anno subjectum
Ovile Hermaphroditum curiosis contemplantium oculis exhibuit.

Gothofredus Wegnerus, SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec
 non Ecclesiastes Aulicus Lutheranus (anno 1694. in locum D. *Ioh.*
Phil. Pfeifferi Apostatae succedens) bibliopolis Francofurtanis J.
 Schrey & J. C. Hartmanno excudendum tradidit Volumen *Concio-*
num miscellanearum, ac Ioh. Völkero *Disputationes varias*,
 & alios tractatus, diversis hæcenus annis locisque editos, ut:
 1. De *Navigationibus Salomonis*. 2. De *Origine Avium*. 3. De *Lo-*
co Natali I. C. 4. De *Seqvela Dei*. 5. De *Aqua Bethlehemitica Da-*
vidi desiderata. 6. De *Lingvæ Sp. S. metadoticiis*. 7. De *Triduo*
mortis I. C. 8. De *tribus Testibus in cælo*. 9. De *Adamo primo &*
secundo. 10. De *Indumento Baptizatorum*. 11. De *Pace Dei*. 12. De
Origine Logica. 13. De *Horis earumque varietate*. 14. De *Terraquis*
noctis carentibus. 15. De *Storgiæ Physicæ*. Item specimina *Lexicorum*
Sacrorum, *Hebræi & Græci*, novâ methodo adornatorum, & *Clav-*
is Philologica. *Questionum Exegeticarum*, & *L. L. Commun. in Gen.*
 1. quæ pleraque in unum volumen redegit.

Idem superiori anno 1697. fugiente edidit *Biblia Germanica B.*
Lutheri, ex Edit. an. 1545. cum novis Summariis, Locis doctrina-
 rum, cuilibet capiti subjunctis, ac variis additionibus & obser-
 vationibus. Nec non ex Disputationibus suis, hæcenus Regiomon-
 ti habitis, sequentes: de *impletione legis Divinæ*; de *Necessitate*

Bono-

Benorum Operum; de Informatione Catechumenorum; de Necessitate B. O. ad salutem; de Idioma Matthæi Originali; de Apostasiâ Romanæ Ecclesiæ; de Confirmatione Catechumenorum; de Imputatione fidei ad Justitiam; de Excommunicatione Civitatis Francfortensis ad Oderam; de Filiatione Messia æternâ ex Ps. 72. maximam partem auctas & uno volumine comprehensas, sub tit. Primitiæ Regiomontana, evulgavit.

Die 1. Martii hujus anni 1698. *M. Daniel Hoynovius*, Milcâ Prûsus, Respondente *Andrea Halier*, Osterod. Prûsso, Pentada *Quæstionum Academicarum* proposuit; quarum 1. agit de *Rebus æternis*. 2. De *Creatoribus, uno, nullo, incerto, malis*. 3. De *Adami Vxorē & Statura*. 4. De *Cecitate primorum hominum*, 5. De *Sermone brutorum*. (3½. plag. in 4.)

Die 15. Aprilis *Balthasar Tilesius*, I. V. Cand. Præside *Martino Jeschfen* / Phil. & I. V. D. ac Prof. P. nec non Facultatis suæ Decano, pro obtinendâ in Jure legendi facultate, *Theses Juris miscellaneas* publico eruditorum examini submisit (1. plag. in 4.)

Sub Præsidio *M. Iohannis Burchardi Griesingeri*, Concionatoris ad Ædem S. Georgii, d. 23. Aprilis 1698. *Georgius Schults* disputavit de *genuina Nominis Tetragrammati lectione*. (2. plag. in 4.)

Die 29. Aprilis supra dictus *M. Daniel Hoynovius* sub præsidio *Godofredi Wegneri*, SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Concionatoris Aulici, Disputationem alteram de *Defensione Doctrinæ Lutherana*, contra Jesuitam *Kvriakievicz* habuit, quam prior ejusdem argumenti superiori anno 1697. antecessit. (12. plag. in 4.)

Die ult. Aprilis sub ejusdem *M. Danielis Hoynovii* præsidio de *Necessitate Scholarum illustrium in bene constituta civitate* disputavit *Johannes Nagel*, Gilgenburgensis Prûssus. (1½. plag. in 4.)

RIGÆ

Præcedenti Maio mense superiores sex Regii Lycæi alumni, *Carolus Gustavus Bachman* / Wolmaria Livonus, *Franciscus Theodorus Kopf*, Rigenfis, *Paulus Mey*, Rigenfis, *Johannes Geringoi*, Wendâ Livonus, *Job. Neuhausen*, Rigenfis, & *Henricus Schöder*,

der, Hapsaliâ Livonus, ad *ἀποδίδους* Academicas dimittendi, Actu Oratorio-Prøgymnasticò *Currâ publicâ* commendarunt, invitante ad hoc Exercitium Auditores *M. Iohanne Uppendorff*/Regii Lycèi huc usque Rectore, sed jam quoque *valedicturò* & Dorpatum abiturò, ceu mense præced. p. 76. diximus.

MARIAEBVRGI in Livonia

Ernestus Glück / Præpositus Mariæburgensis, in eo occupatus est, ut *scripturam Sacram* ex idiomate authentico in linguam *Russicam* transferat; qvî labor si ex voto successerit, non potest non cum magno Ecclesiæ Ruthenicæ vicinæque commodo conjunctus esse.

VPSALIAE

Petrus Lagerlöf, Eloqv. Prof. *Descriptionem universalem totius Sueciæ* imprimi curat, quod opus exornabitur nitidissimis tabulis æneis Ill. Comit. *Erici Dalbergii*, Generalis Livoniæ Gubernatoris, insignis Mathematici.

Iohannis Schefferi, Professoris & Bibliothecarij quondam Vpsaliensis, *Miscellanea* (qvibus continentur: *Matthai Camariota* Rhetorica cum versione & notis; Animadversiones in *Cornelii Nepotis* Miltiadem, *Plinii* Epistolas, *Curtium*, *Ciceronis* libros de Legibus, Apocolocyntasin *Seneca*. & Fragmentum *Petronii* *Trauguriani*) Amstelodami typis impressa sunt. Præmissum est Auctoris elogium, cum succinctâ de scriptis ab ipso editis promissisq; commemoratione. Apud Ianssonio - Waesbergios, 1698. in 8.

HAFNIAE

Die 15. Aprilis *N. Hochwald*, Chymicus insignis, diem suum obiit.

Die 18. Aprilis *Iohannes Wandalinus*, SS. Theol. D. & Prof. Primarius, nec non Academiae Rector, & Collegii Consistorialis Assessor, Oratione publicâ solenni Regi CHRISTIANO V. de *Natali quinquagesimo secundo* feliciter impleto gratulatus est.

Hoc mense etiam prodiiit Oratio *Henrici Bornemanni*, SS. Theol.

Theol. D. & Prof. P. nec non Metropolitani Seelandiæ Episcopi (qvī Scholam Hafniensem per 7. annos, junctā per biennium Logices & Metaphysices in Academiā Regiā Professione, , rexit; postea Sacris Hafniensibus ultra 8. annos, ceu Pastor primarius ad templum D. Virginis & primus Seelandiæ Præpositus præfuit; inde Aalburgensem Episcopatum an. 1683. d. 24. Julii obtinuit; & denique Hafniā revocatus an. 1693. d. 16. Octob. ad Episcopatum Seelandiæ & publicam Theologiæ Professionem fuit promotus) hōc titulō:

Panegyricus, quā Regi Augustissimo CHRISTIANO V. Dania, Norwegia &c. Monarchæ potentissimo, natalem quadragesimum nonum die 15. April. an. 1695. ad augustum ipsius Regis Hæredumque Filiorum ac Principum pulvinar, in ipsa Regiæ Aula palatio, in mediā utriusque Ordinis Equestrum, Procerum, Purpuratorumque coronā, presente simul universo numero Professoriō publico, Regiæ Academiæ nomine submissè gratulatus est Henricus Bornemann, D. Seelandiæ Episcopus & Academiæ p. t.

Rector.

Hafniæ, literis R. M. & Univ. Typogr. Io. Philippi Bockenhoffer. 1698. (18 $\frac{1}{2}$. plag. in fol.)

Vltimā denique Aprilis die *Ianus Bircherodius, Iacob* filius, Episcopus Aalburgensis in Cimbriā, per Diploma Regium Theologiæ Doctor renunciatus est.

Die 1. Maji *Iomas Torkilli Vidalinus*, per D. *Henricum Bornemannum*, Seelandiæ Episcopum, in Templō B. Mariæ inauguratus est Episcopus *Scalholiensis* in Islandiā. Is *Arngrimus Iona*, scriptis suis de Islandiā clarissimi, nepos est, fuitque ante Pastore ecclesiæ *Gardenfis* in Islandiā prope Besslestadium, in qvō munere ipsi successit *Olaus Petri*, Capellanus ejusdem Ecclesiæ.

Die 2. Maji obiit *Steno Andrea Bilde*, Nobilissimæ & antiquissimæ prosapiæ senex, annos scilicet 74. superans, Tribunus præsidii militaris Hafniensis (*Stadts-Öbriste*) nec non vices Commendantis gerens, & honoribus Brigadiæ (qvem vocant) ob non pauca

sua merita auctus. Is ut in his Novis Literariis locum inveniat, eruditio ipsius exquisita facit, & elegans Lingvæ Latinæ peritia, quam usque ad unguem excoluit, prout tersissimæ ejus *Epistole* testantur, quæ in multorum adhuc doctorum manibus sunt. *I. Lipsii* stylo præprimis delectabatur, ejusque epistolas ad ultimum usque Spiritum legebat. Elatus fuit & depositus in Æde B. Mariæ d. 25. Maji.

Die 7. Maji *Severinus Wintherus*, societatis Medicæ membrum, (de quò mens. Febr. p. 22.) Dissertationum suarum Physicarum tertiam, de *Corporum duritie*, defendit. (4^{ta} plag. in 4.)

Die 11. Maji *M. Severinus Glud*, per 12. ferè annos Scholæ Hafniensis Conrector (cujus inter alia ingenii monumenta extat novissima Dissertatio de *Gradu Magisterii Philosophici*, an. 1695. edita) in *Rektoratū* ejusdem Scholæ successit *M. Petro Feß*, cujus obitum mens. Apr. p. 62. memoravimus. *Conrectoris* autem locum occupavit *Georgius Vrsinus*, Collegii Medicæi membrum, quem etiam mens. Apr. p. 57. diximus. Hòc aq̃u *D. Henricus Bornemann*, Selandiæ Episcopus, qui novellum Rectorem introduxit, Orationem habuit de *Rektorum officio*; Ipse Rector verò de *Informatione puerorum apud Græcos*; & Conrector de *Laudæ Philologia & Philosophia* metricè peroravit.

Iohannes Bircherodius, *Iani* filius, Logices & Hist. Prof. P. in Vniversitate Hafniensi, & Colleg. Consultor. Assessor Regius, superiori & præsentī anno

1. Varia additamenta ex optimis authoribus & Geographis &c. Veteribus & novis collegit, quibus hoc anno 1698. (si Deo placuerit) studet augere & ampliare suas duas Disputationes de *Aurifodinis quatuor mundi partium*, quarum prima, de Aurifodinis *Europa & Asia* agens, Hafniæ an. 1689. in 4. prodiit; Altera verò, quæ Aurifodinas *Africa & America* exhibet, ibidem an. 1695. in promotione 38. Baccalaureorum Philosophiæ, Decano auctore, fuit edita.

2. Conscriptam suam *Continuationem Logicæ*, vel alteram ejusdem partem, primæ an. 1680. Hafniæ in 4. editæ addere cogitat.

3. Duos Talmudicos tractatus, *מסכת מעשר & מסכת מעשר ותרומה* h. e. *tractatus de Decimis, & Decima secunda*, ab eodem *Ioh. Bircherodio*, *Iani* filio, Latinâ versione donatos, notisque variis

variis illustratos, publicis typis paratos habet, quos hoc vel sequenti anno edere conatur.

4. *Vitis Imperatorum Romanorum*, ad continuationem primæ suæ Disputationis de Vitis Immpp. Rom. post Christum natum Seculi I. per compendium conscriptis, (quibus & aliis Europæ Regum vitis B. sui Parentis *Iani Bircherodii*, Iani fil. quondam SS. Theol. D. & Professoris Primarii in Univerſitate Hafniens. & Colleg. Consistor. Assessoris, Lumen Historiæ sacræ Vet. & Nov. Testamenti, per tabulas Chronologicas æri incisâs, & Hafn. an. 1687. in fol. post Patris obitum a filiis Ioh. & Iano Bircherodiis edit. augere statuit) & publ. luci datis in 4. Hafn. 1694. à Nerva Coccejo ad Constantinum M. prælo paratas habet, easque publicis Disputationibus Academicis ventilandas, ut incepit, proponere perget.

5. Quæ de *Ducibus & Regibus Dania & Suecia* ab ipsis Regnorum incunabulis ad centesimum post Christi nativitatem annum conscripſit; item, quæ de *Antiquitatibus Gothorum, populorumque Septentrionalium*, Orationibus Academicis & aliis MSS. collegit, postea publico prælo committere decrevit. Nec non pro ratione temporis & sumptuum B. Patri *Disputationes* in unum volumen redigendas & iterum imprimendas curabit, nimum:

Collegii Physici Iani Bircherodii XVI. Disputationes, editas Hafn. 1650. in 4.

Collegii Ethici Disputationes VIII. editas Hafn. 1651. in 4.

Exercitationes IV. *contra Atheos*, ed. Hafn. 1660. in 4.

Sacrarum antiquitatum de Oris Mundi vestigia in Hesiodo, aliisque Poëtis Græcis, in 4.

De *Græcanicis quibusdam Antiquitatibus circa Ludos veteres Gymnicos*, præcipuè de *Certaminibus Olympicis*, ed. Hafn. 1664. in 4.

Chronologicam seriem *æthorum S. Petri & Pauli* Hafn. 1665. in 4.

Religionis vera prima fundamenta, III. Dissertationibus continuata, in 4.

De *Notitia Dei naturali*, prout fertur ad revelatam, Disput. ed. Hafn. 1675. in 4.

Eidem primæ Mariæ Evæ & Messie Divina natura, illustrata ex verbis Gen. IV, 1. Hafn. 1676. in 4.

Diatriben de Legis Mosaicæ Divina origine & auctoritate,

contra *Eduardum Herbertum*, Anglum, Baronem de *Cherbury*, Hafn. 1678. in 4.

Seriem Chronologicam annorum Iesu Christi, Hafn. 1679. in 4.

Opus Creationis diei primi & secundi, cum methodo orthodoxa interpretandi S. Scripturam, contra *Richardum Simonem*, Gallum. Hafn. 1681.

Anti-Burnetium, sive tractatum posthumum, de Opere Creationis Diei tertii, telluris forma, &c. a filio *M. Iano Burcherodio*, nunc Pastore Ecclesiarum Gladfaxe & Herlöv in Seelandia, ed. Hafn. 1688. in 8.

Syntagma Concionum Latinarum in præcipua quædam Festa anniverfaria, edit, an. 1688, &c.

KILONII

Wilhelmus Haldericus Baldschmiedt / Med. D. & Prof. P. in eo occupatus est, ut B. Soceri sui, *D. Iohannis Danielis Majoris*, Medici & Naturæ scrutatoris celeberrimi, *Iter supremum Boreale*, quò ipsò vitam finiit, & multa curiosa observavit, ex MSS. definiti schedis erutum describat, & cum erudito orbe communicet. Idem quoque *ducentas Variorum Epistolas*, ad dictum D. Majorem datas, possidet, quas typis commissurus est, cum ob diversa curiosissimarum rerum (quæ ad Medicinam, Physicam, Mechanicam, Antiquitatem, &c. spectant) argumenta, luce publica non indignæ sint.

Quod ad supremum *Boreale* iter B. D. Majoris attinet non possumus nobis temperare, quin (ad salivam curiosis lectoribus movendam) notatu digna huius Viri verba, ex novissimis ipsius literis (ad *Jacobum à Mellen* datis) excerpta, afferamus. Quod si verò, *inquit*, responsione aliqua me dignaturus sis, noli sedulitatem hanc diutius protrahere, ne cæteroquin à mutuis affatibus literariis infolentius abstrahamur, culpâ meditari à multis annis, & jam firmiter tandem decreti, si Deus voluerit, Itineris, in Insulas vicini nobis utriusque maris, & ex Daniâ in ultiores Scaniz, Sveciz, & Norvvegiæ, ditiones, quo exploraturus sum omni nisu in Aulis Principum & Naturæ, quicquid selecti scriptoque impostum digni dabitur. Inter quæ præcipuè duo quædam Cimelia, coram perlustranda, pruriginem mihi movent acrius, atq; Plinius temperare sibi non potuit, quin flammæ & fumos Vesuviales ipse suis oculis videret. Unum Arctoi Orbis Cimelium, ab Illustri quodam Virò magnæ auctoritatis, eruditu-

„ditionis, ac prudentiæ, clam revelatum superiori tempore, est Mons
 „quidam, sensim quotidie decrefcens ab uno latere, & accrefcens ab
 „altero, ficque locum mutans. Alterum est Insula quædam, in medio
 „salfo Mari, ad aliquot milliarium distantiam dulcibus aquis cincta, in
 „quâ vel pone quam, si in loco tranquillo Pyxidem Nauticam collo-
 „ces, acus Magnetica, verticitatis congruæ immemor, non immota
 „Arcton monstret, sed circumgyretur perpetim; illustri (si rem ita re-
 „perturus sim) documento, non desperandum tandem esse, de obti-
 „nendo vero aliquo perpetuo Mobili, quoad acus dicta, ob diuturnam
 „sui circumrotationem ex inevitabili attritu impedimentum motûs
 „sensim tamen iterum non contractura sit. Autopsia me rectissimè o-
 „mnia docebit. Quæ interim nec supina credulitate admitto, nec pro-
 „nâ vi rejicio, qui (præfiscini) inter qualiacunq; Naturæ scrutinia con-
 „senui, & unâ cum præjudiciis (animorû peste) superstitiosæ (Kirche-
 „rianæ jam penè dixissem) credulitatis sum professus osor. Hæc Tibi,
 „â quò scio amari comtiora naturæ & antiquatum studia. &c.

L V B E C A E

Prodiit nuper opus posthumum B. D. *Augusti Pfeifferi*, Superin-
 tendentis Lubecensis, hõc titulò:

*Augusti Pfeifferi D. Superintendentis Lubecensis, Thesaurus Her-
 meneuticus, sive de legitima Scripturæ S. Interpretatione: tractatio
 luculenta, pridem editam Hermeneuticam sacram (quæ & hic
 - integra repetitur) Notis, Quæstionibus & Canonibus, ad-
 jectisq; praxeos exemplis illustrans &c.*

Lipsiæ & Francofurti sumptibus Mart. Gabr. Hübneri, 1698.

(2. Alphab. in 4.)

Post Præfationem hujus libri, à *Sam. Benedicte Carpzovio*, D. Aulæ
 Electoralis Saxonicæ Concionatore primario, & Consiliari. Ecclesiasti-
 co, scriptam, *Prolegomena* Scripturæ S. perspicuitatem, & Hermeneuti-
 ces S. necessitatem exponunt. Inde Cap. 1. agit de Oeconomia s. con-
 stitutione Hermeneuticæ S. 2. De Textu interpretabili. 3. De Sensu
 Scripturæ ejusq; interpretatione. 4. De idoneo Scripturæ S. interpre-
 te. 5. De Mediis Hermeneuticis in genere. 6. De λέξεις seu significa-
 tione vocum. 7. De formatione seu analogiâ vocum. 8. De τὰς &
 φράσεις sacrâ. 9. De Scrutiniò nextis. 10. De Collatione antecedenti-
 um

um & consequentium. 11. De Analogiâ S. Scripturæ, seu collatione locorum parallelorum. 12. De Analogiâ Fidei. 13. De Rebus Subsidiariis. 14. De Testibus Subsidiariis. 15. De optimo genere interpretandi. His subjuncta est luculenta *Instructio de Praxi Hermeneuticâ*, nec non *Appendix* seu Programmata invitatorium Prælectionibus in librum *Esteræ* præmissum.

Aurantium Hermaphroditum Lubecense.

Si quò unquam Italia Ceres omnes suas delicias extra natale deportavit gremium, *Floram* certè *Lubecensem* hoc sibi tribuere beneficium diceret; quò eunq; enim oculorum mittis radios, circumferri eosdam in speciosisissimam ac magnificam Hortorum seriem, quâsi

in amana viresca

Fortunatorum memorum, sedesque beatas.

non absq; stupore fateberis. Horum numerus uti non est exiguus, ita venustate sua omnium in se convertit aciem iste *Bartelsianus* gratiarum & voluptatum exoticarum plenus. Ex hoc per amicas manus nuper ad nos pervenit *Aurantium Hermaphroditum*, aut si mavis, *citrarium*, in omnib; accuratè conveniens cum illo, quod Icone representatum describit *Lucas Schræckius* in *Ephem. Nat. Curios.* A. 11. Dec. II. Obj. XII. p. 31. & *aurantium callosum* vocatur à Jo. Baptista Ferrario He-

Tab. IV.

sperid. L. IV. f. 411. Nostri figuram Tabula IV. habes, in qua (a) scorpus ipsum colore, odore ac sapore omni parte absolutum est *aurantium*. Callus verò s. protuberantia (b) nil nisi *citreum* membranula intus ab altero separatum, sistit. Quamvis autem Monstra non in Animalî saltem sed & Minerali ac Vegetabili regno fieri, infinitis edocti simus experimentis, nostrum tamen hocce pomum artificiosæ naturæ æmulæ tribuimus manui, cum plures hujus sortis fructus in eadem numeret arbore curiosus Possessor, nec in Italia ejusdem proventus sit adeò insolens, quod testantur *Acta Philosophica Soc. Reg. Angl. Mens. Nov. A. 1667. IV, XXX, §. 8 p. 449.* ubi ex literis Florentinis hoc habent: *Sunt nobis hic mali Auriaci ferenses fructum dimidia parte citreum, altera auriacum, Non sunt huc advecta ex aliis regionibus, & nunc multum sunt propagata per infectionem.* En itaq; feliciores nos! quorum tellus id gustui representat ac visui, quod tanti Naturæ ministri ex relatione aliena admirantur, & ipsimet experiri optant: quod fieri posset, hî modus, quem tradit *Job. Bapt. Porta Mag. Natural.*

L. III. c. 3. & 4. omnibus numeris esset absolutus.

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Iulii M DC XCVIII.

WISMARIAE

*Observatio Ioannis Gröningii I. V. D. de occultis**Incendiorum causis.*

Florentissimum hucusque Orbis Aqvilonaris statum in tristissimum convertit, atque felices Svecici nominis populos ad summam sollicitudinem & moerorem, lætos ad gemitus & planctus superiori anno traduxit inopinatus nuncius, ereptum in ipsò ætatis robore Potentissimum Monarcham CAROLVM XI. & potestate & virtute Regem, veræ Religionis defensorem, Amorem Populi, Orbis delitium: Ipsa quoque Regia Holmiensis, & structuræ concinnitate & operis firmitate valde illustri atque conspicua, morti gloriosiss. memoriæ Possessoris funestâ conflagratione quasi parentare voluisse videtur, dum mortuò fortissimò Regum nec illa superstes esse voluit, sed mox flammæ consumendam se dedit. De quâ non invenustè, quæ de Româ antiqvâ cecinit Poëta

Quantum - - fuit, ipsa ruina docet.

Fama autem de incendii ortu, ut fieri solet, tum in diversum ibat, cum alii Incendiatorum malitiam, alii aliud nescio quid inculparent. Sed fallitur sæpè vulgus externis rerum, cum quæ ultra captum vel negligere vel despiciere soleat, nec anxie sollicitus in naturæ effectus acriori animo inquirendi. Judicabam inde, altius rem repetendam esse, & cum de male-feriatorum culpa nihil certi constaret, insuper ex antiquo ædificio flammam primùm erupisse diceretur, conflagrationem ligno illius arido, & per aliquot secula ibidem exsiccatò, adscribendam forsitan esse. Scilicet, cum constet Ignis ex particulis nitro-æreis, indeque ad accessum particularum sulphurearum (quæ quasi flammæ domicilium sunt) faciliè accensio fiat, ignique Spiritus effractis carceribus erumpant, præmissis si

Q

parum

parum cum heterogeneis ipsis luctandum: Quid mirum, trabes dictæ Regiæ, ut porosa atque sicca ligna, quæ particulis sulphureis abundant, & multis heterogeneis haud sunt permixta, dum fumus ignis illa indies tetigerit atque vellicaverit, primum calida facta, mox flammam concepisse, & reliqua corpora itidem arida in similem conflagrationis motum subito traxisse, ac quasi contagio aut concatenatione quadam ad eruptionem sollicitasse. Ordinarius enim naturalisque motus caloris est in orbem, atque a centro ad περιΦερειαν se explicat. Et quidem suffecerit ad excitandam ejusmodi conflagrationem, si fumus saltem trabes vel ligna sicca indies petierit. In fumo quippe calor simul est & ignis. Calor cum igne validè conjunctus, & unus alterius hodegera ac peditsequa. Nihil enim est Ignis, nisi summus calor, & calor nisi ignis lenis, seu ignitæ atomi, quæ dispersæ & distractæ visûs aciem fallunt, unitæ verò, & viribus conjunctis fortiores, ignem efficiunt. Præcedit inde Calor; subsequitur Ignis, & aucto calore spontè in flammam abit fumus. Est & alia ratio, quæ, si prior non accommoda, utramque hîc potest facere paginam, & ad divinandam veram incendii causam aliquid momenti afferre. Effectus nempe radiorum Solarium hîc neutiqvam silentio prætereundi, qui ipsi instar ignis purissimi alium sibi congenerem in subjecto idoneo facilè procreant. Romæ simile quid quondam observatum meminî. Scilicet cineres frigidos e scobe buxea post oleum pridie extractum superstites in ipsa hyeme solares radios per fenestræ vitra subeuntes incendisse, adeò ut subjecta charta cum asserere populeo exureretur. Hic ergo ignis, quem secum vehebant radii, sulphur in cineribus, quod inflammationi jam proximum, accendit. Potuit inde similiter evenire, ut radii solares in Regia illa, quæ Holmiæ Sveonum est, sulphurea & alia idonea subjecta offenderit, in quæ vires suas explicârunt. Adeò ut ex his (ne nunc quidpiam dicam de alia Sympathiæ vi, & naturali corporum propensione, iisque quæ Fratres Rosæ Crucis olim moliti) satis pateat, in detegendis incendiorum causis esse quandoque ad principium hylarchicum confugiendum, neque cum vulgo statim neqvitia hominum, nisi ea satis explorata sit, accusanda, cum dentur incendia,

dia, quæ citra τρέπον adscribi possint causæ cuidam occultæ, nobis non semper cognitæ, quæque per rerum naturam, nulla accedente nostra culpa, oriri queant. Et hæc sunt, quæ nos in remotis terris constituti, quasi e longinquo conjecturis assequimur, dum omnes circa hanc conflagrationem circumstantiæ non adeò sint perspectæ, inde exactior forsitan ex ipso Septentrione, teste funesti hujus incendii, expectanda observatio, quam oculati Lyncei orbi erudito haud inuideant.

ROSTOCHII

Andreas Daniel Habichborst, SS. Theol. D. & Prof. P. ac Facultatis suæ Senior, &c. Disputationem Patriistico-Theologicam, ad Augustanæ Confessionis Artic. 2. Abusuum, de *Conjugio Clericorum*, ex ipsius Juris Canonici monumentis passim latitantibus, contraque Papatum proprio Canonum gladio jugulandum fortiter militantibus, aliisque Canonistarum & Pontificiorum testimoniis paulò planius comprobato pleniusque communito, d. 28. Maji habuit, Respondente *Johanne Lektor*. Wismariensi, (3. plag. in 4.) Quâ ipsâ Disputatione continuantur Dissertationes ab eodem Præs. & Prof. jam an. 1679. ex eodem Jure Canonico, sub tit. *Papatus proprio Canonum gladio jugulatus*, coeptæ, tunc verò temporis impeditæ, eò quod Auctor illas Serenissimo Duci Meckelb. CHRISTIANO LVDOVICO, Principi suo Clementissimo (qui Pontificiam religionem amplexus fuerat) devotionis erga Principem, zeliqve pro orthodoxiâ contestandi ergò, inscripisset, & propter dedicationem illam (licet quinqvies tantum impressa nondumque publicata esset) cujusdam adversarii consilio ab officio Professionis Oratoriæ, quâ tunc temporisungebatur, suspendetur; quam tamen suspensionem Serenissimus, perceptrâ Consultoris improvisâ morte, sponte sua revocavit.

Die 1. Junii *Joachimus Stof*, Hamburgensis, Præs. *Joachim Sindeman* SS. Theol. D. Phys. ac Metaph. P. P. & ad Basilicam B. Mariæ Archidiacono, de *Pantosophia Humana lineamentis* disputavit, egitque cap. 1. de Philosophiâ in genere, & quidem de Nomine. Cap. 2. verò de Divisione Philosophiæ. (7. plag. in 4.)

Ipso Pentecostes Festo Rector Academiæ Rostochiensis, *Johannes Klein* I.V.D.&Pandeet. Prof. P. nec non Consistorii Mecklenb. Director, Programma publicavit, quo *Pluviam Pentecostalem* ex Ps. 68, 10. Civibus Academicis piè meditandam proposuit.

(1. plag. in 4.)

Paullò ante dictus *Andreas Daniel Habichhorst*, SS. Theol. D. & Prof. &c. Dissertationem *undecimam* Partis II. illustriorum Isaiæ locorum, hæcenus dilatam (adeòque post duodecimam, mense Mart. p. 34. recensitam) de *Aröer cum Civitatibus derelictis in Massa Damasci*, ex Isai. XVII, 2. & de *Gente distracta, expilata ac terribili, eaque Deo ex parte in munus ad locum nominis ejus, montem Zionis, adducenda*, ex Isai. XVIII, 2. 7. die 30. Jun. Respondente *Alexandro Joachimo Scherping* Rostoch. ventilandam exhibuit. (2. plag. in 4.)

Caspar Thurmannus, Ictus, Consiliarius quondam Saxo-Lauenburgicus, brevi editurus est I. *Bibliothecam Academicam*, quæ continet Scriptores de rebus & Juribus Academicis, &c. Halæ Magdeb. apud Zeidlerum & Muffelium. II. *Decisionum & Consiliorum B. D. Mervii Indices absolutissimos*, unà cum Locis parallelis, & auctoribus aliis, in iisdem vel similibus terminis loquentibus, &c. Ibidem apud eosdem.

Præter hæc, & alia scripta Juris privati (de quibus vid. B. *Morhof*. Polyhist. lib. 1. p. 211. *Lipon*. Biblioth. Jurid. Præfat. & D. *Pfenigk* in Epist. ad D. Thurman.) etiam in Jure publico, & circa negotia B. & P. plura parata jam habet, quæ sunt:

1. *Bibliotheca Bellica s. Militaris*, sive AA. & materiæ Rei Bellicæ & Militaris, secundum ordinem Alphabeti.

2. *Archivum Bellicum Europæo-Gallicum* novissimum.

3. *Archivum Bellicum Europæo-Turcicum* novissimum. (von den neuesten Europ. Französisch- und Türkischen Kriegs und Friedens-Sachen).

4. *Vienna* an. 1683. à Turcis obsessa, ab obsidione liberata, triumphans.

5. *Bibliotheca Pacificatoria*, s. de Pace, & quæ eò spectant.

6. Biblio-

6. Bibliotheca Pacificatoria *Westphalica* (Monasterio-Osnabrugensis.)

7. Bibliotheca Pacificatoria *Noviomagensis*.

8. Bibliotheca Pacificatoria *Ratisbonensis* (Regensburg. Stillsands, Bibliothec).

9. Bibliotheca Pacificatoria *Rysvicensis*.

10. Die vornehmsten Friedens-Schlüsse und Friedens Instrumenta, erstlich nach den Nahmen der hohen Herren Paciscenten &c.

11. Die vornehmsten Alliancen und Verbündnus-See- und Commercien-Tractaten/ erstlich nach den Nahmen der hohen Herren Paciscenten, &c.

12. *Miles Germania perpetuum*, das ist von einer considerablen und stetswährenden Reichs-Armée.

13. Bibliotheca Bello-Pacificatoria *Casareo - Leopoldina*,

14. Bibliotheca B. P. *Anglicana*, 15. *Brandenburgica*. 16. *Danica*. 17. *Suecica*.

18. Braunschweig-Lüneburgisches gedrucktes Kriegs- und Friedens-Archiv, von dero vornehmsten Kriegs- und Friedens-Geschäften/ &c.

19. Bibliotheca ICtorum & Politicorum Religiosa, s. de Libertate Religionis Evangelicæ, Protestantibus factâ testâ in perpetuum servandâ. Occasione Artic. 4. Instrum. Pac. Ryswic. &c.

20. Imperator, circa FF. Imperii Regalia hodie *Index*, unick & solùm competens. Der Römische Kaysers/ alleiniger rechtmäßiger Reichs-Lehn-Richter. oder daß Dero Röm. Kaysersl. Maj. in des H. Reichs Lehn-Sachen die Jurisdiclio, Judicatur, und Erkenntnis aller Dings vorbehalten/ und Deroselben alleine und privative gehörtig.

Quæ omnia remissivè tractantur & recensentur.

GRYPHISWALDIAE

Typis exscripta est Oratio Panegyrica D. *Ioh. Gerdes*, in obitum CAROLI XI. Svec. R. habita, cujus mens. Ian. p. 9. mentio facta fuit, hõc titulõ:

Sidere Cæli Arctoi fulgidissimo in Sacratissimo Capite & Rege sine pari CAROLO XI. Borea nuper Monarchâ, &c. exim-

proviso occidente, dolorum, gemituum, planctuum, lachrymarum potissima argumenta, mæstima devotione colligere, flebileque damnum sermone ἱτασίω inter suspiria & lachrymas publicè exponere voluit debuit D. Iohannes Gerdes,

S. R. M. Svec. Med. & P. P. O.

(22. plag.)

GEDANI

Menſe Martio M. *Fridericus Büchnerus*, Mathematicum in Gymnaſio patriæ Prof. P. atqve ad S. Ioh. Rector, unius plagulæ ſcripto in paroramata & errores novi Calendariographi, *Iohannis Beſſelatoris* (ſ. *Kriegers*) animadvertit, qui poſtquam ſuperiori anno Calendarium, cui titulus *Aſtronomiſcher und Magiſcher Kunſt- und Wunder-Calendar*; edidit, eòdemqve publicam Magiſtratus cenſuram incurrit, hòc ipſo denuò annò in eundem lapidem impingere non fuit veritus.

Idem M. *Büchnerus* varia hætenus ſcripta evulgavit, quæ ſunt:

Tabula mnemonica Geometrica, fol.

Trigonometria propitiæ per Tab. Sinuum vulgar. & Logarithmicas, in 4.

De natura Cometarum, in 4.

De Prodigis ignitis phænomenis, in 4.

De Cometa an. 1652. in 4.

Calendaria ab an. 1659. uſque ad an. 1699.

Chronicon Prutenicum ab an. 997. ad an. 1699. quod Calendarium inſertum exhibetur.

Plures autem ingenii ipſius foetus adhuc intra Bibliothecam manuſcripti ſervantur, ut:

De Rationibus & Proportionibus

Hypomnemata ad Tab. mnemon. Geom. } 12. plag.

Circulus Proportionalis.

Muſica. Computus Eccleſiaſt. } 12. plag.

Globus Terraqueus, 11. plag.

Hydrographia Nautica, 7. plag.

De Origine & Sectis *Astronomiæ*, a creatione mundi, & *Astronomiæ per Logarithm. Placqv.* 14. plag.

Astrologia. 24. plag.

Calendarigraphice. 8. plag.

Physiognomice. 8. plag.

Uſu Globi mirumque. 12. plag.

Optice. 12. plag.

De *Inſidentibus & ſubſidentibus in aquis.* 3. plag.

Mechanica. 8. plag.

Geographia Historica. 80. plag.

De *Motu Spharico & apparentiu per Logarith. Neperi.* 34. plag.

Geographia antiqua & nova. 50. plag.

Fortificatoria technographica. 11. plag.

Logiſtica Geometrica libri V. 118. plag.

Gnomonica. 50. plag.

Logiſtica Arithmetica libri 2. 54. plag.

Obſervationes Meteorologica ſingulis diebus Calendarii annotatæ & adſcriptæ ab an. 1655. ad an. 1699.

Die 28. Aprilis auctione publicâ diſtracti ſunt libri ſelectiſſimi, Hiſtorici maximam partem & Politiçi, quos *Balthaſar Rennerus*, Vir eruditus, heredibus reliquit.

Hoc menſe Apr. etiam typis Gedanenſibus exſcriptæ prodierunt *Martini Braueri*, Paſtoris Eccleſiæ in Schareicken, Boruſiæ Ducalis, *Meditationes ſacra*, quarum titulus vernaculus, ita habet: *Wiſſige Land-Stunden / oder hundert goſſeltige Betrachtungen ſo vieler Dertter und Sprüche D. Schriſt / mit Hiſtorien und Sinnbildern gezieret &c.* (3. Alphab. 5. plag. in 8.)

Menſe Majo Gedani ſucem adſpexit Deſcriptio ſolenniſſimi ingreſſus Regii hoc titulo: *Auguſti II. Königs in Polen &c. höchſt-prächtiger Einzug, den 18. Martii, an. 1698. in die Stadt Danzig gehalten / in zwey Theilen / derer erſtere die præparatoria, der andere den Königl. Einzug an ſich / neſt dem / was Zeit Königl. Maj. Anweſenheit vorgangen / in ſich hält. Ihrer Königl. Maj. zu Ehren unterhänigſt aufgeſet / und auff vieler Freunde Begehren dem*
Druck

Druck übergeben durch einen Ihro Königl. Maj. getreuen Untersassen / dessen Symbolum: Bonis Legibus. (II. plag. in 4.)

Fridericus Christianus Bücher, Ecclesiastes ad S. Cathar. tractatum vernaculum, D. *Phil. Jac. Spenero* oppositum, edidit, cui titulus:

Abgenöthigte Rettung der Unschuld vom den unchristlichen Urtheil der Ästherung / welches wieder das vor einige Zeit aufgefertigte und in dem Pietistischen Fanaticismo entdeckte Geheimnis der Bosheit unlängst ausgegossen worden, &c.

Wittenberg / druckte Christian Schrödter / 1698. (3 $\frac{1}{2}$. plag. in 8.)

Libellus hic prodromus est majoris & plenioris tractatus de *primario fundamento* Fanaticismi, typographum jam exercentis.

Auctor iste, Schlibenâ-Saxo, (qui olim Wittebergæ Fac. Phil. Adjunctus extitit, postea an. 1681. Gedanum ad Professionem Philosophiæ primæ & practicæ vocatus, & tandem an. 1685. ministerio Ecclesiastico admotus fuit) præter aliquot Dissertationes morales de *Officio hominû*, *Legē Naturæ*, & *Actionē morali*, scripsit

De *Philautiâ* & *Simulatione*.

De *Regno Dei per Naturam*, contra *Hobbesum*. &c.

Logicam methodo disciplinari tractatam. 1685. (3. Alp. 4. plag. in 8.)

Rathmannum in Spenero redivivum, Lipsiæ, 1679. (1. Alphab.

4. plag. in 4.)

Mysterium iniquitatis in Pietistico Fanaticismo, Dantisci, (16. plag. in 8.)

Ipso incio etiam, & suppresso auctoris nomine, superiori anno à non-nemine (sed monstroso partu) edita sunt *Præcepta Homiletica*, quæ Wittebergæ auditoribus suis privatim dictaverat.

Die 5. Junii D. *Samuel Schelgwigius* in Athenæo disputavit de *Baptismo* & *Eucharistiâ*, contra *Qvakeros*, Respondente *Nabanaële Cretensio*, Gedanensi. (4. plag. in 4.)

Die 16. Junii Auctione publicâ distracta fuit Bibliotheca *Martini Krügers*, Pastoris quondam ad S. Iohannis.

M. *Iohannes Mæsen*, Gedanensis, promotus nuper Tertiz Classis, quæ Gymnasio adnectitur, Collega, Schediasma de *Astronomia*

mia præstantia, & Astrologia Iudiciaria vanitate edidit: in quo scriptò primùm de origine & incrementis scientiæ Astronomi-
cæ (insertis etiam rarioribus recentiorum circa Solem, Lunam, Satur-
num, Iovem, cæterasque tum erraticas tum fixas stellas, observationi-
bus) differit, tum ad artem divinandi ex astris sideribusque dilabi-
tur, eamque in rebus naturalibus dijudicandis mirè vacillare, in
moralibus autem & liberis planè nullam esse commonstrat. Quà
occasione celebris Mathematici *Caroli Reualdini*, Vindobonæ ex-
pugnationem Turcicam ex astrorum præfagiis falsò & vanè dedu-
centis, *Argoli, Cardani, Gaurici, Nostradami*, & qui nuper Lu-
dovico XIV. sive ob infelicem siderum adspèctum, sive fatalem,
ut vocant, Regum Galliæ è Capetinorum stirpe periodum, (quos
per multa hæcenus sæcula sexagesimum nunquam annum egressos
rerum Gallicarum scriptores testantur) vitæ ultimum terminum va-
nè prædixit, enormes lapsus examinat. Regiomonti hoc scriptum
non additò typographi nomine prodiit, 1698. (6. plag. in 4.)

REGIOMONTI

Die 6. Maji *Iohannes Nagel*, Gilgenb. Prusfius, Præside *Godofredo Wëgnere*, SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Conciona-
tore Aulico, disputavit de *Processione Spiritûs S. à Filio*, adversus
Lazarum Baranovicz, Archiepiscopum Rusiæ. (7. plag. in 4.)

Idem Respondens eòdem Præside d. 27. Maji proposuit Dissertationem Historico-Theologicam, de *Salvo Conductu*, D. *Martino Luthero Wormatiam eunti ab Imp. Carolo V. impetrato & servato*. (2½. plag. in 4.)

Die 23. Iunii in funere *Iohannis Dieterici à Tettow*, supremi Prussiæ Consiliarii, Cancellarii, Tribunalis Præsidis, & rerum Feudali-
um Directoris, Oratio solennis parentalis fuit habita.

Die 26. Iunii *M. Paulus Rabe*, Græcæ L. Prof. P. & h. t. Aca-
demix Rector, de *Naturâ & Constitutione Dialectices* disputa-
vit, Respondente *Iob. Dieterico VValthero*, Regiom. Prusso.
(6. plag. in 4.)

Eòdem mense Iunio *Georgius Emmerich*, Med. D. & Prof.

P. Respondente *Christophoro Friderico Hübner*, Ballet. Prusso, Paradoxon Physico-Medicum de *Inspiratione*, publico eruditorum examini proposuit. (1½. plag. in 4.)

RIGAE

Johannes Fischer, Lubec. SS. Theol. D. & Superintendenten^s per Livoniam Generalis, Academiae Dorpatensis Procancellarius, ac Consistorii Regii Praeses, *Concionem vernaculam* edidit, quam in funere CAROLI XI. Svec. R. superiori anno 1697. d. 24. Novemb. habuit, sub tit. *Das Bild eines guten und glückl. Negenten/ &c.* (9. plag. in fol.)

M. David Caspary, Regiom. Prussus, Ecclesiae Cathedralis Pastor & Consistorii Assessor, nec non in Gymnasio Theol. Prof. & Scholae Inspector, post editam an. 1684. *Ethicam*, jam *Politica* molitur, quae sub praelo est, ac propediem lucem videbit. (2. Alphab. in 8.)

Adamus Godofredus Hörnicke d. 19. Aprilis in Gymnasio Rigensi Orationem metricam vernaculam habuit, quae *admirandum Amorem Servatoris J. C. pro inimicis suis mortui* (Die unbegreifliche Wunder-Liebe des vor seine Feinde unschuldig-leidenden und sterbenden Welt-Erlösers Jesu Christi) commendavit. Oratio haec typis nuper impressa est, una cum Programme *Christophori Zeigeners/ Eloqv. & Histor. Prof.* quod itidem ligato sermone vernaculo scriptum est. (4. plag. in 4.)

DORPATI

Jacobus Fridericus Below, Med. D. & Prof. P. eam, quam mense Apr. p. 56. sub praelo calere diximus, Disputationem d. 28. Maji, Respondente *Salomone Matthia*, Dorpatensi, habuit, cui titulus: *Circuli Anatomico-Physiologici minoris segmentum primum, s. Dissertatio prima de Oeconomiam Corporis Animalis*, hoc est, Cogitata functionum animalium potissimarum Formalitatem & Causas concernentia (4½. plag. in 4.) Iam vero idem *D. Below* Holmiam discessit, ut inde *Londinensem* Scaniae Academiam petat, quod cum Regia auctoritate vocatum esse d. l. nunciavimus.

Olaus

Olaus Moberg, Sudermanniâ Svecus, SS. Theol. Prof. & ad D. Mariæ Pastor, nec non Consistorii Reg. Assessor, (de qvô mens. Apr. p. 56.) *primariam Theologia Professionem* d. 12. Maji *Oratione* publicâ solenni *de Studio Theologico rectè inchoando* auspicatus est. Idem qvoq: præcedenti d. 5. Maji novum Lycæi Regii *Rectorem*, *Arvidum Mollerum*, Dorpatensem, & *Conrectorem*, *Boëtium Wernberg*, Vplandum, introduxit.

Pari modo *M. Gabriel Skragge*, Westmanniâ Svecus, Orientalium hæctenus & Græcæ Lingg. Professor &c. demandatam sibi SS. *Theologia Professionem*, die 7. Junii *Oratione* præviâ solenni adiit.

LONDINI in SCANIA

Die 3. Martii hujus anni 1698. Inauguratio Regis CAROLI XII. solenni festivitate celebrata fuit, eâqve occasione publicè peroravit *Andreas Riddermarck*, Mathem. Prof. Ord. quem sequenti die excepit *Erlandus Lagerlöf*, Log. & Metaphys. Professor Ordinarius.

Die 30. Martii in templo Cathedrali sepultus fuit *Erasmus Sackenschiöld*, Medicinæ Doctor, ejusdemqve in Regiâ hæc Gothotum Academiâ Carolinâ Professor, nec non Archiater Regius celeberrimus. Is Gießæ Hassorum an. 1633. d. 23. Augusti natus, patrem habuit *Casparum Sack* civitatis Gießenæ Tribunum & Sedecim-Virorum presbyterum, jactisq; in scholâ patriâ studiorum fundamentis, Marpurgi primùm, deinde Regiomonti, & denuò Marpurgi literis incubuit. Hinc desiderio peregrinas regiones invifendi flagrans, Emdam Frisiorum, Hafniamqve Danorum petiit; ubi (singulari providentiæ divinæ exemplo) eum ob consumptas, quas domo secum abspontârât, pecunias sollicitum, & in foro obambulantem, vir quidam honestâ facie & morib; ingenuis venerandus accessit, qui illum peregrinum esse suspicatus, statum ipsius ac conditionem modestè percontatus est. Cui cum noster vitæ suæ rationem & desideria pari modestiâ significâsset, viri istius operâ eò res deducta est, ut apud Legatum Svecicum, *Magnum Durell*, egregiam provinciam sortitus, ejusque filii sanitati & studiis præfectus fuerit. Post hujus obitum Lugduni Batavorum supremos in facultate Medicâ ho-

nores assumfit, factoque cum altero *Durellii* filiò per Germaniam Italiam, & Galliam itimere, domum redux, *Professionem Medicam* in Londinenfi Academiâ, ipsi jam ante triennium Regio diplomate destinata, adiit. Socerum habuit *Iacobum Broadeson*, Consulem Halmstadiensem, è cujus filiâ duplicem prolem fœmineam, masculamque unam genuit. Sed & inter Archiatros S. R. M. Sveciæ allectus, eximia Nobilitatis privilegia est consequutus, avitumque ipsius nomen *Sackii*, cum novò *Sackenskiöldii* titulò fuit permutatum. Denique 64. annorum senex, die 1. Septembris superioris anni obiit, funusque nunc demum d. 30. Martii (ceu memoravimus) humandum programme publico indixit Academiæ Rector *Thomas Jhre/* SS. Theol. Prof. P. Ordinarius.

Sequenti die 31. Martii beatis ejusdem *D. Erasmi Sackenskiöldii* Manibus Oratione publicâ funebri parentavit *Richardus Ehrenborg*, Professor Juris Ordinarius.

H A F N I A E

Die 23. Maji obiit *Philippus Hackwardus*, Medicinæ practicus, & Chirurgus experientissimus, 82. annorum senex, Religioni Pontificiæ addictus, qui tribus Daniæ Regibus arte suâ præclare & feliciter inserviit.

Die 26. Maji Disputatio publica *Baccalaureorum* habita est, Præside & Decanò *D. Casparò Bartholinò*, de *Partium structura & usu*, quæ *Exercitationum* ipsius *anatomicarum* tertia est. (2½. plag. in 4.)

Eodém Præside d. 28. Maji Laureæ supremæ Philosophicæ vel *Magisterii* Candidati Disputationem habuerunt de *Aëre*, quæ est secunda *Thesis* ipsius *Philosophicarum*. (1. plag. in 4.)

Idem *D. Casparus Bartholinus*, Thom. F. S. R. M. Consiliarius Justitiæ, in supremo Justitiæ Tribunali, Collegio Cancellariæ & Consistorio Assessor, Medicinæ & Physices Professor Regius, d. 30. Maji 68. Candidatis *Baccalaurei* titulum primosque in Philosophiâ honores contulit. Hòc actû *Casp. Bartholinus de Animalium ortu & incremento*, *Iohannes Bircherodius* autem de *Philosophiâ gentili Danorum* peroravit, quod argumentum ipsi primus Candidatus pro-

posuit; Tertiâ Oratione *Stephanus Reizorm* laurum Candidatis imponendam à Decano petiit.

Ipsis Calendis Junii Actus publicus *Magistrorum* creandorum celebratus fuit, inter reliquos ab Vniversitate fundatâ quoad numerum Candidatorum ferè maximus, cum *quingenta* Magistri simul promoti fuerint. Hos inter primum locum tenuit *Ionas Torkelli Vidalinus*, Episcopus Scalholtenfis in Islandiâ, (de cujus inauguratione, quâ *M. Theodorus Thorlacius* successest, mens. Iun. p. 95. diximus). Illum sequuti sunt 6. Præpositi, & 30. utriusque Regni Pastores; Rectores & Conrectores quatuor; ac denique novem Studiosi; promoti à Decano Facultatis Philosophicæ *Cassaro Bartholins*, Thomæ filio, cujus Orationis inauguralis materia fuit de *Ortu Chrysalis*, Candidati primi problema de *Sede Anima* resolvende *Oleus Vormio*, Wilh. filio, Eloqv. Prof. P. & petitionem Promotionis ferente *Iohanne Steenbuchi*, L. Hebr. Prof. P.

M. Enevoldus Dalhuus, post edita hactenus Schediasmata duo de *primariâ prima Persecutionis instrumentis*, *Tunicâ molestâ*, (8. plag. in 4.) & Schediasma Historicum de *Baptismo Constantini M.* (2. plag. in 4.) jam aliquot Dissertationibus *Epistolam, quæ vulgò Servatori tribuitur, Responsoriam ad Abgarum Edessa Regem*, examinare constituit, & quidem tripartitò Schediasmate, quo supposititiam istam prolem (1) *sistere*, (2) *arguere*, (3) *damnare* ipsi animus est. *Prima* hujus argumenti Dissertatio jam superiori anno 1697. d. 9. Junii ventilata fuit, Respondente *Adamo Cassaro Lerche*, Philos. Baccalaureo. (2 $\frac{3}{4}$. plag. in 4.) *Secundam* hòc ipso an. 1698. d. 4. Jun. in Auditoriò Collegii Medicèi defendit *Iohannes Brandt*, Pauli fil. (3. plag. in 4.) *Tertia* succedet suò tempore.

Torchillus Erasmius Granovius, specimen umbraticum innocuæ apologiæ pro Justinii Martyris narratione, de *Statuâ Simoni Mago Roma posita*, d. 8. Jun. in Auditoriò Collegii Medicèi publico conflictui commisit, unà defendente *Iohanne Ioh. fil. Linberg.* (3. plag. in 4.) Capite 1. argumenta *pro* Iustinò (statuam istam Simoni positam asserente) adducuntur. Capite 2. verò argumenta *contra* Iustinum solvuntur.

Die 9. Iunii *Ericus à Meimichen* in Collegiò Medicò Disputationem Medico-Therapeuticam de *Vena-sectionis usu & abusu* ventilavit, unà defendente *Ericò Bredalinò*. (2½. plag. in 4.)

Die 16. Iunii circa vesperam in Templo SS. Trinitatis sepultus est *Janus Jacobæus* (*Oligeri* frater) Med.D. & Practicus celeberrimus, nec non Professor Regius, & Collegii Consistorialis Assessor. Is lucem vidit Aarhusii, an. 1646. d. 26. Julii, & primùm quidem Theologiæ operam dedit, deinde verò Medicinæ sese mancipavit, ac an. 1674. Oxonii Doctoris titulum obtinuit. A primâ ætate hypochondriacò (quem vocant) morbo afflictus, eòdem ingravescente sub exitum Maji mensis vitâ excessit.

Die 18. Iunii *Martinus Braem* in Auditorio Collegii Medicèi Disputationem primam de *Libertinis ex Act. VI, 9.* Respondente *Eschilao Christiani Naur*, proposuit. (1½. plag. in 4.) Idem Præses superiori anno 1697. Dissertationem Historico-Criticam de *Carpocratianorum Heresi* edidit.

Die 20. Junii *M. Arngrimus Torcbeli Videlinus*, (Episcopi Scallholtensis supra dicti frater) Rector Scholæ Nackscoviensis in Lalandiâ, in Auditoriò inferiori Disputationem habuit, cui titulus: *Gustus ad Isocratem, hoc est, Encomium Evagoræ primi capitæ versus primus, notis perpetuis illustratus*. Respondente *Paulo Danchel*, Philos. Baccalaurco. (1½. plag. in 4.)

Georgius Francus de Franckenau, S. R. I. Eqves, Palat. Cæs. Comes, Consiliarius & Archiater Regius. Acad. Leopoldinæ Adjunctus, Societatis Regiæ Londinensis & Italicæ Recuperatorum Collega, *Lexicon suum vegetabilium*, cujus prima & secunda editio Argentorati 1672. & 1685. prodiit, tertiâ vice jam recudi fecit, ac duplo auctius edidit, hòc titulò:

Flora Francica, h. e. Lexicon Plantarum, in quò earum nomina, temperamentum, vires, usus ac preparata, &c. adnectuntur Programmata Philologico-Botanica, &c.

Lipsiæ, sumtibus Samuelis Garmanni, 1698. (in 12.)
Novissimæ huic editioni varia in Botanicis nova accesserunt, resque

xitque celeberr. auctor ad urentis commodum & commoditatem, ut libellum per æstatem in perâ sine molestiâ secum ferre possit per hortos, campos & agros.

Idem D. *Georgius Francus de Franckeran* tractatum MS. possidet, de *Pulsatione mortuorum subterraneâ*, studio D. *Iob. Matthæi Fabri*, Consil. & Archiatri Ducis Wûrtemberg. ac Physici primarii Imperialis urbis Heilbronnensis, Viri in Phylis, Mathesi, Medicinâ, & omnibus elegantiss. literariis curiosissimi, elaboratum: cuius moles circiter ad 3. Alphabeta excurrit, modo esset qui præmium labori auctoris æquum statueret, & sumtus faceret pro eò imprimendô. Certè opus eruditissimûm non solûm Medico-Physicorum, sed & Theologorum & Ictorum manibus teri meretur.

Die 23. Iunii Actus Academicus publicus celebratus fuit, quô *Johannes Wandalinus*, SS. Theol. D. ejusdemque Professor Primarius, nec non Consistorii Assessor, præviâ Oratione ex Prov. VIII, 31. Magistratu Academicô se abdicavit, fascesque & Rectorii munus *Christiano Reitzero*, I. V. Professore tradidit.

Die 29. Iunii *Jacbus Stenderop*, Haderslebiâ Cimber, in Auditoriò Regentzianô ventulavit *Rudimenta Logica tetrachtyca*, Respondente *Petrô Neocomiô*, Bergâ Norvvego. (2. plag. in 4.) Hæc disputatio vim τετρακτύου vel quaternarii numeri in Arithmeticâ considerat.

Tractatus *Francisci Quarles*, (Præcepta Theologica, Ethica, Oeconomica, & Politica continens) lingvâ Anglicanâ olim scriptus, & dudum in sermonem Danicum translatus, denuò prodit, hóc titulô:

Enchiridion, eller en liden Haandbog/ indholdendis Undervijsninge gudelige i bestuelser / i Sierningen/ Moralste i Echiste. Oeconomiste / Politiste. Først skrevet paa Engelske / af den Navetundig Poet Franciscus Quarles / og sordanstet af

Daniel Collins.

Siobenksfn: findis illi flots hos Christian Heeren. Boghandler/ boendis paa Sleskøgen. (5. plag. in 12.)

Sub prælô est in Belgio liber, de *Diei exordio & exodio*, scriptus à M.

M. Johanne Brunsmannô, Presbyterô Hafniensi, ex plurimis scriptis notissimô, qvi superiori etiam annô libros tres *Schediasmaticum & Apocalypiticorum* sub nomine *Ignori Philalethi* publicavit in 8.

Prodiit etiam *Hymnologia sacra, sive Decades octo Hymnorum*, quarum quatuor priorum plerosque melodiâ & rhytmô conformi Germanicis Latinos fecit; reliquas quatuor decades collegit & partim recensuit *Jacobus Henricus Paulli, Sim. fil.* (7½ plag. in 12.) Horum Hymnorum decades priores duæ ab ipso auctore translatae sunt; tertia à *M. VVolfgango Ammonio*, Franco; quarta partim ab eodem, partim à *Georgio Buchanano*; quinta, sexta, septima & octava à variis incertisque auctoribus, quæ omnes tamen ab ipso editore post *Georgium Gallum* sunt emendatae. Similem laborem, sanctis meditationibus consecratum, anno 1690. & 91. *Johannes Noltenius*, Poëta Laureatus, & Pastor Ecclesiæ Timmerladensis in Ducatu Gvelfherbyitano, non infeliciter suscepit.

NACKSCOVIAE in LALANDIA


Die 5. Junii, Dominicâ Exaudi, introductus fuit *M. Fridericus Christianus Rodriguetz*, Pastor Nackscoviensis, (ordinatus Otthoniæ in Fioniâ d. 15. Maji ab Episcopo *Thomâ Kingo*) & successit in istô munere *M. Franciscus Thestrupio*, qvi ad Pastoratum Ecclesiæ S. Spiritûs Hafniensis promotus fuerat, ceu mense Majo p. 79. notavimus.

OTHONIAE in FIONIA

M. Elias Naur, Græcæ Lingvæ Professor in Gymnasio Othoniensi, post editos hactenus varios ingenii foetus (quales sunt: *Golgotha in Parnasso*, sive metrica meditatio Passionis Domini, lingvâ vernaculâ, cum fig. æneis impressa Othon. in 4. *Hymni Daniæi*, ibidem in 8. *Meditationes in festum Nativitatis Domini*, Hafniæ in 8. *Tasfo Domini Gracæ*, cum notis analyticis & Criticis, ibidem, in 8.) alium nuper tractatum vernaculum emisit, cui titulus:

Tive aandelige Paaste- / eller Paaste-besænkninger / hvorudi
 Christ og alle Mennefters Opstandelse imod døds Fornegtere / eller
 For-

TAB. V.



Jul. 10

Foragtere/eller Forglemmere/ forsvårts/ fortyndis og forklaris af
Guds Ord og de hellige Skriffter/ ved E. E. Naur.

Kiøbenhavn/ trykt hos S. Johan Philip Voetenhoffers
Efterleferste / Aar 1698. h. e.

*Viginti Spiritualia Lilia Paschalia, sive meditationes Pascha-
les, quibus Christi omniumque hominum Resurrectio, contra
quosvis eam negantes, contemnentes, aut oblivioni tradentes,
e Verbo Dei & Scripturis sacris asseritur, probatur,
& explicatur, per E. E. Naur*

(26½. plag. in 8.)

SLESVICI

Detheleus Cluverus, E Societate Regiâ Anglicanâ, novissi-
mè edidit *Cælum Cæsaris*, oder kurze Erklärung der Himmels-Figur/
wie auch Benennung der Sterne/ Linien und Circeln/ so auff der Kays-
serl. Geburts Medaille befindlich sind. (impress. Hamburgi 3. plag. in
fol.) Auctor hujus descriptionis occasione Natalium Cæsaris qvotan-
nis solenni gloriâ recurrentium *Nummum Genethliacum* eâ formâ &
magnitudine, qvam Eclypon Tab. V. demonstrat, excudi curavit, ra-
tus vix ullo evidentiori hypomnemate ad tanti Monarchæ Majesta-
tem celebrandam se exsurgere posse, qvàm si omnium oculis Cœli
admirandam synthetin, qvæ ejusdem luci natali sive progressui
in hunc Mundum anno 1640. die 30. Maji vel 9. Junii, Styl. Greg.
horâ 4. matutinâ, præfulsit, Astronomicè exponeret. *Cæsar Augustus*
ut & *Titus Vespasianus*, unum vel alterum Zodiaci signum, cui exor-
tum suum debuerant, nummis insculpsere; In hac verò Cæsareâ LE-
OPOLDI genesi ea elegantior visa est designatio, qvæ totam Cœ-
li faciem, Solis & Lunæ situm, præcipuas stellas fixas, Planetas &
Circulos cœlestes, artificiò qvòdam Opticò, oculo in polo mun-
diaustrino posito, omnes simul planisphæricè exhiberet: novò eò-
que in Numismatum genere primò spectaculò, cum necdum à
qvòqvam eâ ἀντιβεία natalis figura adumbrata fuerit. Qvòd
si aurei vel argentei ejusmodi nummi copiam qvis desideret, sculpto-
rem exquirere poterit, ac de pretio ut aliquid certi constet, è digni-

Tab. V:

ori metallo fabrefactus 40. vel 50. Ducatorum: ex argento verò puro cufos 8. Imperialium valorem exæquareprehendit. Simili structurâ, fed aliâ qvoad exprefionem formâ, qvæ innumeris modis variari poterit) Auguftiff. Regis Romanorum IOSEPHI, Regis Poloniæ, & qvorundam Potentiſſ. Electorum Themata cœleſtia porro daturus eſt, ſaltem qvò hujusmodi nativa paradigmata iun-
mos Orbis Principes ad cœlum meditandum ac ſtudia Aſtronomica promovenda alliciant ac denuò excitent: neqve enim noſtro huic Sæculo defunt Divinitatis admiratores, *Caroli Magni, Friaerici, Alphoſi*, tot dignis encomiis ob rerum cœleſtium amorem inclyti. A prædictionibus tamen, qvas ex ſtellarum poſitu vel de vitæ termino, & reliquis actionum, Fortunæ itidem atqve infortunii generibus Aſtologi vulgò deducere ſolent, Auctor abſtinuit. Cui volupe eſt, is ex modo dictâ Deſcriptione (qvam denuo variè adau-
ctam typis exſcribi curabit) verum & uſum ac præpoſterum Aſtro-
mantiz abuſum percipere poterit. Oſtendit namqve penes Chal-
dæos, Ægyptios, Græcos & Arabes, illam vaticinandi artem me-
ris hieroglyphicis umbris & Mythologiis incruſtatam fuiſſe, qvæ
licet deinde ab iisdem tranſumpta etiamnum Europæ inſerviat,
meliori utiqve Scientiarum apparatu & veritatis lumine condecoran-
dam eſſe. Non pauca tamen eventuum ſigna experienciâ ſæpius com-
probari, licet rō dicti harum rerum imperitos effugiat. Nimis longum
foret, ſi totam huius ſcientiæ indolem, ſcopum ac perficiendi ratio-
nem, ſecundum mentem huius Auctoris exponere aggredieremur, il-
lam autem, qvam ibidem annectit & exiſtentiæ Summi Numinis de-
clarationem ac phyſicæ rerum omnium Generationis formam pau-
cis attingere viſum fuit: Cœlum enim abſqve Deo ejuſqve lumine,
non-entis ideam potius ingerit. Oſtendit autem, illam cunctis A-
theis atqve ſcleratis hominibus exoſam propoſitionem, *Quod ſis
Deus*, omnium notionum primam eſſe, qvam mens hominis vel
aſſequi vel percipere poſſit: hanc eſſe per ſe notam & nobis & na-
turâ, nullâ qvoqve eandem indigere vel probatione vel demon-
ſtratione, neqve enim illud S. Auguſtini eſſatum, *Cogito, ergo ſum*,
à Cartefio deinde renovatum, ullam inferendi vel concludendi vim
obtinebit, niſi Deum primum veritatis principium tacitè ſupponat:
hinc

hinc per regulas Algebraicas Auctor evincit, evidentissimum illud cognitionis humanæ principium, in quod omnes demonstrationes tandem resolvuntur, *quod scilicet due contradictoria non possint esse simul vera*, (cujus veritatem qui negat, Aristoteli ἀρρωσία τῆς διανοίας laborare merito dicitur) secundum rigorem apodicticum prorsus æquipollere huic alteri, *Est Deus*; licet passim à nullo vel Theologo vel Philosofo identitas harum propositionum fuerit exposita; negato enim Deo nulla prorsus necessitas ullius asserti stabiliri poterit, quinimò planè ἀλογον eum futurum, qui Deum è rerum vel Entium censu excludere annititur. Hinc Atheus Mathematica definitione ipsi est hujusmodi animal ἀσυλλόγιστον, quod neglectâ vel suppressâ unitate, salvum tamen numerorum usum sibi fore, perquam ineptè fingit. Hujus innati principii ideam animæ adeo propriam atque essentialem, ab intellectu quoque ita inseparabilem esse contendit, ut immortalitas ejus spontè quasi ex eo propullulet, illo enim temporis articulo mentem destrui asserit, quo Dei notitiam exuit, hæc autem nunquam spoliari posse, nisi duo contradictoria simul rationi sese ingerant, ac ut vera apprehendantur, quod equidem ἀδύνατον. Impii verò & si Deum debito cultu non prosequantur, vel agnoscant, minimè tamen ejus existentiam quam in ejusdem contactu sive Lumine Conscientiæ experiantur, ignorare poterunt. Mundi deinde, Homini, & reliquorum omnium Structuram physicam ex concursu & coalitione Radiorum cœlestium derivat, consentiente Mose, qui primò die lucem fuisse creatam pronuntiat: quò autem ordine & divino amoris vinculo tota illa orbis visibilis compages atque ignis ætherei condensatio ab Vno illo infinite agente suam adepta fuerit genesin & pulchritudinem, novò prorsus Systemate explicare ipsi animus est, cum *Intelligentias formatrices universi* in XII. Classes jam reduxerit: prima autem harum series, vitæ ac motûs perennis complexum exhibet: vita ipsi in continuâ quâdam ratione cum Universo, ac perpetuò hujus cum primò agente commercii absolvitur: hinc Solem fontem illum lucis, atque Ætherem (Chymicorum Lunam) quoad particulas homogeneas cum metallis ejusdem nominis in globo

terrestri amicè conspirare atque in eadem continuè rationis elementa resolvi, novà ipsi analysi compertum est. De reliquis naturæ arcanis alio loco nobis amplior discutiendi locus erit. Qvædam saltem de novis inventis & operibus Auctoris, partim editis partim edendis, hîc apponenda duximus. Innumeros enim errores in omnibus ferè scientiarum Mathematicarum pomariis adhuc dum latitare (quamvis vulgò earundem dogmata tanquam certissima habcantur) forsân paradoxon videbitur. Auctoris tamen nostri ea fuit industria, singula ut excuteret principia, falsa hinc inde eliminando supposita. Destinârat hunc in finem publicæ luci scriptum qvoddam annis abhinc sex (an. 1692.) cujus tamen 10. tantum plagulæ Hamburgi impressæ fuerunt, sub titulo; *Philosophia divina Cluveri*, oder ausführlicher Bericht/ von den neuen Erfindungen und Demonstrationibus, *Mensuram Infiniti* betreffend/ und wie dadurch alle natürliche Wissenschaften von Irrthümern und Mängeln gesaubert zu einem höhern Grad der Vollkommenheit können gebracht werden. Auctore autem absente, à malevolis, typographo, qvò minus residuum libri absolveret, remoræ fuère injectæ, quamprimùm tamen à litibus forensibus sese expedire poterit, novam in illo designatam Scientiarum emendationem exhibiturus est. Per *Mensuram infiniti* (qvod brevibus hîc notasse sufficiat) hujusmodi intelligit rationum ac progresionum in infinito, coordinationem, qvâ cujusvis spatii vel corporis debita indagari poterit magnitudo. Extensum enim qvodvis in infinitum divisibile ac resolvable, qvâ methodò secundum cujusvis figuræ indolem iterum ex minimis sit compingendum, artificium Philosophis adhuc incognitum est, cujus beneficio abstrusissima qvæque innotescunt. Hinc Vnitatem, exactam infiniti mensuram, in Trino vel Triangulo veluti omnis comprehensionis basin interpretatur: in reliquis curvilineis figuris singulari textura ex infinitis similibus eam elicere novit formam specificam, qvæ genuinam dimensionis sistat regulam. Sic v. g. in parabolâ, quam Archimedes & reliqui Geometræ omnes ad Triangulum inscriptum sesquiterciam præcisè rationem habere asserunt, ipse aliâ adhuc subtili mensurâ limandam esse demonstrat, qvâ licet error initio adeò exiguus sit, ut prorsus negligi possit, progressu

tamen infinities complicato, ubi ad centrum gravitatis & molem corpoream explorandam deventum fuerit, ejus vestigia in differentiis quantumvis parvis, minimè obliteranda veniunt. Vnde quod vulgò effertur, Mundum ex nihilo creatum, ipse *ex ratione* quam habet *unitas ad infinitam insensibilem potentiam*, deducere satagit, ipso enim infiniti actu hæc minima ratio puncti vel non-quantum vices quidem sustinet, numeris interim minimè comprehensibilis est. Cum enim nulla ab ipso admittatur Quantitas absoluta, tota extensio vel moles corporea per *δύναμιν* sive potentiam Spiritus à motu ad *unum* formam redacto sub certâ infiniti mensurâ determinatur: nulla ut nova hic substernenda sit materia. Per eandem ratiocinia *Fatum Astrologicum* ipsi nihil aliud est, quam series Spirituum per harmonicos luminis radios vires suas exerentium. Aliam itidem præclari & magni operis structuram in Angliâ jam aggressus erat idem noster Auctor, sub titulo *Pandectarum Astronomia*, quibus non tantum proximi sæculi XVIII. motus cœlestes, Ephemeridum formâ conspicuos, comprehendere voluit, sed & universam Astronomiæ doctrinam ab erroribus vindicandam sibi sumpserat. Sed dum propriis sumptibus Typographiam in ædibus, quas Londini habuit, jam instruxerat, Tabulis motuum cum præliminari doctrinâ prælo jamdum absolutis, invito prorsus animo mandato Curiae vel Cancellariæ Gottorpiensis inde abstrahitur, ex Angliâ in Cimbriam an. 1688. ad sopiendas lites ipsi de hæreditate paternâ motas revocatus, quibuscum per decennium jam conflictatur, Processu tandem (ad rumpendas adversariorum moras) ad Cameram Imperialem, quæ Wetzlaris est, per Appellationem ab ipso factam, devoluto. Ni hil interim certi de hujus operis Astronomici publicatione promittere potis est, nisi forsan Magistratus Londinensis æquitas res suas, quas ibidem bonâ fide quibusdam custodiendas reliquerat, ex Orcò denique reduxerit. Non deerit tamen, quin in usum Sæculi venturi proximi volumen aliquod Astronomicum sic dictum, *Himmels-Buch* oder *Sternen-Rolle* tandem brevi protrudat, in quò unico intuitu, absque molestiâ calculi, loca Solis & Lunæ, Planetarum ac Stellarum fixarum, ad quodvis tempus promptè inveniri poterunt. Qvò

felicius autem Astrologiæ & Astronomiæ connubium hæcenus divulsū reintegretur (veteribꝫ promiscuè eòdem vocabulò utramq; scientiam indigitantibus) novas planè Hypotheses Motuū cœlestium descripturus est: Abrogatis enim tot Excentricis, Æquantibus & Circellis Anomalisticis, qvinimò ipsis reformatis Ellipsis, à Keplero hoc Sæculo demum introductis (utpote contra omnem rationem Mechanicam, Solem in unò focorum, in alterò Chimæras & Bullas ostentantibus) novas substituet alias lineas curvas, ab usu *Mesographicæ* sive *Genitricis Mundi* dictas, quibus exactissimè phænomena cœlestia explicari poterunt. Cū enim negato vel sublato stellarum motu, omnis & generatio & productio rerum sublunarium cesset, eā potissimum ratione linearū motuum cœlestium formandæ erunt, quæ augmentum, & progressum rerum per omnes infiniti gradus adjuvent & protrahant, quod equidem harum beneficio (quomodo fiat) cognosci poterit. *Aphelia* hinc & *Peribelia*, non ex diametro sibi opposita, sed alio planè loco quærenda esse, pluribus ostendet. Sic Solem eandem distantiam à Terrâ æstivo & hyberno tempore retinere, ejusq; diametrū visibilem prorsus eandem esse in locis oppositis, comprobata omniū veterum, *Aristarchi*, *Archimedi*, & aliorum experientiā demonstrabit. Obliquitatem Eclipticæ à priori ex centrò gravitatis stabilendam: sic Angulum inclinationis, quoad digressum Borealem & Austrinum, non planè eundem esse, itidem declarabit. Supputationes Uranicas non tam per Triangula plana vel globosa, sed longè facilius & certius per ideas numerorum figuratorum, ex quibus curvæ contextuntur lineæ, absolvi, (unde omnia Astronomiæ Sphæricæ problemata novâ methodò construenda erunt). Sic Lunaris & Solaris Eclipseos calculum aliam adhuc postulare numerorum dispositionem, deteget, sicuti Æquationes dierum civilium, ne laborent petitione principii, aliter quoq; erunt digerendæ. Singularem porro ad Astrologicas prædictiones ritè concinnandas Domorum cœlestium, Aspectuum & Directionum distributionem aggressus est; malè enim Orbi Septentrionali, præsertim versus polum Boreum vel Antarcticum alius comitantibus vel ibidem natis, cœli influxus ab Astrologis sufflaminatur, vel præscinditur. Hinc quâ ratione secundum physicam radiorum constellationem & Magnetismum

luminis operationes per totum terrarum orbem uniformi quòdam gyro in corporibus sese diffundant, aliò planè modò explicandum veniet. De præcipuò autem atque arduò illò Theoremate, quò nimirù Ordine Stellæ fixæ in cœlo aspectabili fuerint disseminatæ, quamvis altum penes Philosophos hâc de re sit silentium, (Cartesio præprijis de immensâ ejus difficultate conquerente, Vid. Epist. 67. vol. 2.) novas rationum compositiones molitus est, quibus infelici quid exsculperet: unde triplici progressionum formâ illarum situm indagandum sibi esse credidit. Quinimò neglectis omnibus Sphæricæ vulgaris Circulis Longitudinum & Latitudinum, atque subductis fabulosis illis imaginibus, per infinitam quandam cœli analysin in spatia hexagona, cujusvis stellæ locum per quàm exactè determinat, nomine proprio vel si mavis Cabalisticò ipsi secundum naturam & situm inditò. Paucis quamplurima hic complexi videbimur, illis præsertim, qui rerum Astronomicarum peritia pollent: reliqua de novis hujus Auctoris inventis in Algebrâ & Geometriâ, nec non de Machinis ejus Opticis, quibus ea, quæ cominus & eminus insensibilia sunt, redduntur *αἰσθητοῦ*, inprimis de naturâ & legibus Refractionum, ut & de Staticis & Musicis correctionibus (cum totam illam Gvidonianam Scalam ex vitiosâ Monochordi divisione ortam, sublatis omnibus dissonantiis ad naturalem Harmoniam reducendam esse, judicer) similiter de Nauticis & Geographicis ipsius studiis, non injucunda scitu proximis mensibus exposituri sumus; amplissimam enim novitatū segetem in omni disciplinarum genere ab eò exspectandam esse nō immeritò auguramur, qui peragratissimis præcipuis Europæ regionibus, sublimioris Philosophiæ investigatissimam à multis vacavit annis. Per trienniū enim in Italiâ, Romæ præsertim ac Venetiis commoratus, Gallis itidem non ignotus, in Angliâ verò velut indigena receptus, ultra duodecim annos Londini sedē habuit; jam viginti abhinc annis (an. 1678.) in illustrissimam Regiam Societatem ibidem cooptatus, quæ laudabili CAROLI II. Magnæ Britanniæ Regis Consiliò & Munificentia an. 1665. instituta, adhucdum vigens promovendæ Scientiæ naturali strenuè incumbit. Quandoquidem verò *Cluveriorum* in Republicâ literariâ nomen sæpius occurrit, hic indicasse juvat, Auctorem nostrum, Slesvici natum, Nepotem esse *Johannis Cluveri*, qui ex Holsatiâ in

Daniam evocatus, an. 1623. Theologiæ Doctoris ac Professoris munus sustinuit in Academiâ Soranâ Selandiæ, Hafniam modò translata, à CHRISTIANO IV. ad pietatis & religionis dogmata Principi FRIDERICO (deinde III. ejusdem nominis Daniæ Regi) explicanda destinatus, atq; ob qvamplurima scripta Theologica, inprimis autem eximiam illam *Historiarum totius mundi Epitomen*, notissimus. Alter *Philippus*, ex territorio Bremensi oriundus, ob magna illa volumina de *Germaniâ & Italiâ antiqva* haud incelebris, Lugduni Batavorum docuit,

Qvò denique *Nummi Genetbliaci Casarei* supra descripti forma dilucidius exprimatur, &, qvomodo ad factam designationem Numeri sese habeant, adhuc plenius innotescat, lubet hîc attexere loca ☉ ☾ & Planetarum, secundum Longitudinem & Latitudinem, ex Tabulis supputata :

☉	18.	37	II	•	/		
☾	23.	27	☿	-	-	5.	11 Sept. Asc.
♂	0.	35	♂	Stat.	1.	26	Merid. Asc.
♀	4.	53	♂	-	-	0.	6 Austr. Desc.
♂	23.	36	☿	-	-	3.	20 Austr. Asc.
♀	21.	50	♂	-	-	1.	26 Austr. Asc.
♂	3.	14	II	-	-	4.	18 Austr. Desc.

KILONII

Die 20. Iunii *Johannes Burchardus Majus*, Eloqv. & Histor. Prof. P. Orationem solennem habuit, qvâ nomine Vniversitat. Kilon. Seren. Slesv. Holf. Duci FRIDERICO, de novis Nuptiis cum HEDWIGE SOPHIA Principe, CAROLI XI. Sveciæ Regis filiâ, gratulatus est,

LVBECAE

Johannes Antonius Neufrang, Med. D. (*Pauli Neufrang*, Med. D. & Phyci Lubecensis primarii, scriptis de *Harengo*, de *Idea perfecti Medici*, & de *Purpura*, inclyti, filius, qvi Rostochii & Helmstadii literis imbutus, habitâq; an. 1674. sub præsidio D. *Henrici Meislonii* disputatione Inaugurali de *ulner. bwi lethalibw*, in Academiâ Iuliâ Doctoris titulo ornatus fuit, nec non Belgiô, Angliâ, Italiâ, Germaniâ, aliisque provinciis perlustratis, in patriâ hætenus praxin Medicam exercuit, à Serenissimo Mecklenburgensium Duce FRIDERICO WIL-

HELMO ad *Archiatrî Ducalis* munus clementissimè nuper vocatus, *Sverinam* discessit,

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Augusti M DC XCVIII.

ROSTOCHII

Johannes Georgius de Sack, Eqves Neomarchicus, die 1. Iulii Orationem Panegyricam de *Brandenburgia felice imperante FRIDERICO III.* habuit, quâ Electori Brandenburgico FRIDERICO III. de Natali 42. Calendis Iulii an. 1698. feliciter exorto, devotè ac submissè gratulari voluit. (5. plag. in fol.) Accedit Programmata invitatorium *Henrici Christophori Zietse* / D. P. P. (1. plag. in fol.)

Præsides *Iohanne Ioachimo Schæpffero*, I. V. D. & Prof. P. Com. Palat. Cæsar. & Consistorii Ducalis Assessore, d. 17. Iulii de *Partu Octomestri*, disputavit *Iohannes Henricus Juncken* Guelpherbytanus, (de quo mens. Maj. p. 70.) Caput 1. hujus Dissertationis agit de Partu Octomestri in genere. Cap. 2. Partus Octomestris legitimitatem impugnat, & Cap. 3. denique ejusdem legitimitatem demonstrat. (5. plag. in 4.) Idem hujus Disputationis auctor & Respondens, *Ioh. Henricus Juncken*; sequenti die 8. Iulii solenne pro obtinendis supremis in utroque Iure honoribus Examen subiit.

Pari modò eodem d. 8. Iulii *M. Zacharias Grapius*, Rostochiensis, SS. Theol. Baccalaureus, (cujus mens. Ian. p. 8. & Febr. p. 20. mentio facta est) supremo in Facultate Theologica honores ambiens, prævio majorum more sese stitit Examini.

Die 12. Iulii Decano & Promotore *Andrea Daniele Habichborstio*, SS. Theol. D. ejusdemque P. P. & Seren. Ducis Mecklenb. Consiliario Consistoriali, Collegiique Proff. Ducalium, nec non Facultatis Theol. Seniore; Procancellario autem, Serenissimique ad eò Cancellarii Academiae vicem tenente Legato *D. Iohanne Fechtio*, SS. Theol. Prof. P. Consistoriiqve Duc. Assessore, & Districtus Ro-

R

stoch.

stoch. Superintendente, solennissimâ Promotionis festivitate, in templo D. Mariæ, quod hîc summum est, supremò in *Theologiâ Doctoratus* gradu ornatus est *M. Iohannes Petrus Grûnenberg*, Harburgâ Lunenburgicus, SS. Theol. Baccalaureus, (de quò mense Febr. p. 19. sq. & Mart. p. 34. egimus) jam SS. *Theol. Professor* Ordinarius in hâc Academiâ Rostochiensî à Sereniss. Mecklenb. Duce FRIDERICO WILHELMO constitutus, nec non vocatus Districtus Mecklenburgensis strictè sic dicti *Superintendens*. Orationis, quam Decanus & Promotor *D. Habichhorstius* habuit, thema fuit *Papæ abominabilis*, vel inde inter alia conspicuus, quod sublimissimos fidei Christianæ articulos ex alienis tractare principiis, neglectâ plerumque Scripturâ, non vereatur, licet hæc in ipso Iure Canonico, c. *relatum est* 14. *Dist.* 37. ex ipso Clemente Episcopo Rom. & C. *nec sufficere* 24. *caus.* 8. qv. 1. integra & firma & unica credendi vivendique regula vocetur. Procancellarii verò, *D. Fechrii*, thema fuit *Studium Scripturarum*, quod in hâc Academiâ tam à beatis Antecessoribus, Chytræo, Tarnovio, Lubino, Affelmanno, Dorſchco, Varenio, Schomero, &c. quàm ab hodiernis Professoribus sedulò tractatum. Quæstio denique novello Doctore *Grûnenbergio* proposita fuit de *universalî Judæorum Conversione*, quam Chiliaſtæ inter alia credunt, an hæc statuenda, eademque ex locò illustri Hof. III, 4. 5. probetur?

Eodemi d. 12. Iulii, eodemque in templò, ac combinatis adeò actibus promotoriis, Decano & Promotore, simulque Procancellario *Iohanne Ernesto Schapero*, Med. D. ejusdemque Professore P. supremus dignitatis *Doctoralis* Facultate *Medicâ* gradus collatus est duobus Medicinæ Candidatis, *Georgio Löffhagen*/ Leontinenſi Marchico, Medicinæ apud Boitzenburgenses Practico, absenti tanquam præſenti, qui jam ante biennium, anno scil. 1696. d. 18. Aug. eodem Promotore Præsîde Disputationem, Inauguralem de *Febre Petechiali* habuit; & *Gerhardo Matthiæ Nöhr*/Hamburgensi, Anclamenſi Practico, (cujus mense Apr. p. 52. mentionem fecimus). Orationis à Decano *D. Schapero* habitæ thema fuit de *Homini principio vitali & morbifero*; Quæstio autem novello Doctore *Nöhren* proposita fuit: *Quid de sanguinis fluxu & corpore occisi ad præ-*

praesentiam occisoris statuendum sit? quâ breviter ventilatâ gratias idem egit omnibus, quibus debebantur.

Sequenti die 14. Iulii *D. Iohannes Petrus Grûnenberg/* ad *Professionem Theologicam*, in locum B. D. Iusti *Christophori Schomeri*, Lubecensis, ita vocatus, ut quartam Facultatis Theol. sedem occuparet, solenniter introductus est, Rectore Magnifico *D. Iohanne Klein/* Pandect. P. P. & Consistorii Duc. Directore; habuitque introductus Orationem inauguralem de *veris verae Ecclesiae Notis*, contra *Cornelium Hazart*, ejusque interpretem *Johannem Ubelgun*, Iesuistas.

Idem *Johannes Klein/* I. V. D. & Pandect. Prof. P. Consistorii Mecklenb. Director, patriæque Academiae hodie Rector, d. 23. Iulii Programma edidit, quô (præviâ commendatione Exercitii Disputandi) significat, se *Notas suas ad Lauterbachium* (de quibus mense Majo p. 72. dictum) *publicis Disputationibus*, singulis D. V. septimanis habendis, inclusurum placidæque censuræ expositurum esse: ad quas ventilationes diligenter frequentandas, & benevolè audiendas, omnes Bonos invitat, simulque nomina futurorum Respondentium & Opponentium exprimit. Hos inter agmen ducit *Carolus Ernestus*, Liber Baro à *Schvvan*, non generis tantum ac Natalium splendore, sed propriâ etiam Virtute & summo optimorum studiorum ardore Illustris. Sequuntur 22. alii maximæ spei & generosæ partim prosapiæ Viri-juvenes: *VVolhardus Stindt*, Rost. *Henricus Wafens*, Hamb. *Michaël Christianus Schulemann/* Megap. *Nicolaus Putter/* Stralsund. *Laurentius Fridericus Spieß/* Franc. *Stephanus Barclajus de Tolli*, Rigâ-Livon. *Franciscus Henricus Tobing/* Nob. Luncb. *Conradus Georgius Frantzke*, Megap. *Ioachim Dohmsen*, Hamb. *Conradus von Wickedon*. *Henricus Georgius Dornfrel von Eberberg/* Luncb. *Iohannes Nicolai*, Lubec. *Christophorus Schmid/* Sedino-Pom. *Ioh. Fridericus Thesant*, Rost. *Ioh. Bernhardus Wüller/* Rost. *Ioh. Matthias Gesting*, Rost. *Iohannes Messin/* Megap. *Ioh. Nicolaus Rund/* Holst. *Hermannus Henricus von Dorne*. *Christianus Fridericus Teichmann/* Siles. *Georgius Adamus Schleusing/* Budisâ-Lusat. *Iohannes Jendrich/* Sandav-Magdeb.

SEDINI

Die 20. Iunii Natalem CAROLI XII. Sveciæ Regis (qui in diem 17. Iunii incidit) quatuor festis Orationibus celebrarunt totidem Athenæi Regii alumni, *Christianus Cosmarus*, Francofurtens. Marchicus, *Ernestus Godofredus Gensichius*, Freyenvvaldâ-Marchicus, *Carolus Bogislaus de Mellin*, Eqves Pomeranus, & *Samuel Palthenius*, Greifsvvald. Pomeranus, intimante hunc Actum Oratorium programme publico Athenæi istius Regii Rector, *Ioh. Geogio Röser*, SS. Theol. D. & Prof. P.

COLBERGAE

M. Paulus Eutemann / Rector, exhibuit *Catalogum lectionum & Speciminum*, quibus à Festo Paschatos anni 1697. usque ad Pascha anni 1698. superius Colbergæ Auditorium tum docendo tum discendo fidem suam & industriam comprobare voluit. (2. plag. in 4.) Enumerantur hœc scripto tam *Rectoris* quam *Conrektoris* labores, additis ubiq; *Discipulorum* nominibus qui disputando perorando, Chriasque & Exercitia elaborando se industrios præstiterunt.

GEDANI

Die 30. Iunii auctione publicâ distracta fuit Bibliotheca *Godofredi de Peschwitz*, Gedanensium Consulis & Scholarchæ, viri in humaniori literariâ, Jureque tam publico quam privato peritissimi, ac de Republicâ primò in *Secretariatu*, hinc *Scabinatu*, denique *Consulatu* meritisimi; qui generosâ profapia an. 1631. d. 6. Febr. natus, an. 1696. d. 23. Octobris decessit. Hœc auctore prodiit:

Allocutio gratulatoria ad Principem Lubomirskium, super triumpho in Borussia hostibus. Gedani, 1658. fol.

De Repressaliis. - Leovardiæ, 1658. in 12.

Familia Cæsarum Augusta. Ienæ, 1661. in 12.

Hochteutscher Parnass. 1663. in 8.

Inter manuscripta ab ipso relicta superest *Nomenclator Præcticus*, seu *Glossarium Latino-Barbarum*, usui Fori in Poloniâ & provinciis eò pertinentibus destinatum.

Die 11. Iulii præcoci sed beatâ morte, anno ætatis 29. mortali-

um rebus exemptus est *Iohannes Gottlieb Möllerus*, Gedanensis, Phil. & SS. Theol. D. in Academia olim Rostochiensis Græcæ Lingvæ, hinc in Athenæo Gedanensi Philosophiæ primæ ac practicæ Professor publicus, & Bibliothecarius, Vir, si fata nobis obsequerentur, longiori vitâ dignus, (de quò mens. Maj. p. 74.) Is Gedani natus fuit an. 1670. d. 4. Ianuarii, Magisterii Gradum Gryphiswaldiæ assumpsit 1693. Professionem Græcæ Lingvæ impetravit Rostochii 1694. ibidemque Decanus an. 1696. summos in Philosophiâ honores 27. Candidatis contulit. Eodem annò 1696. muneribus publicis in patriâ adnotus, & sequenti an. 1697. Rostochi Doctör Theologiæ renunciatus fuit. Funus die 22. Iulii paratum, stylò *Christophori Beharii*, Eloquentiæ & Poëseos Prof. P. nomine Collegii Professorii Programme ornatum est. Per indefessam ejus diligentiam sequentes ingenii foetus posteritati relictî sunt :

Disp. de *Materia Baptismi*, Præsîde D. *Sam. Schelgwigio*, Gedani an. 1689. habita. (6½. plag.)

Dispp. 2. de *Votû*, Præsîde D. *Christiano Kortholt*, Kilonii ventilatâ an. 1690, & 91. (15½. plag.)

Theses Theologicæ de omnibus Christianæ doctrinæ Capitibus, 17. Disputationibus subjectæ, eodem Præsîde, Kilon. 1691. & 92. (6½. plag.)

Disp. de *Nomine Martini Lutheri*, Gryphiswaldiæ, 1693. (3. plag.)

Lutherus Lutheranus ante Lutheranismum, moderante D. *Ioh. Fechtio*, Rostochii, 1693. (6½. plag.)

Lutherus ut Confessor, moderante D. *Andr. Dan. Habichhorstio*, ibidem, 1693. (4½. plag.)

Lutherus ut Martyr, moderante D. *Ioh. Fechtio*, ibidem, 1693. (8. plag.)

Autoritas scripti, sub titulo *Colloqviorum mensalium Lutheri*, Germanicè, Anglicè & Latinè editi. ibidem, 1693. (3. plag.)

Martinalia, seu de *Vitâ Lutheri*, ibid. 1693. (3. plag.)

Observationum miscellanearum dec. 15. ibidem, 1693. (3. plag.)

De *Clementis Romani Epistolâ ad Corinthios*, *Alphonfi à Castro* Testimonio de *Ignorantiâ Paparum*, & *Lud. Jacobi à S. Carolo* erroribus, ibid. 1693. (3. plag.)

Dispp. 3. de *S. Scripturæ auctoritate*, ibid. 1694. (9. plag.)

Pauli Sarpii & Isaaci Casauboni Epistolæ, cum additamentis, ibidem, 1694.

Observationum Philologicarum Septenarius. ibid. 1695. (8. plag.)

Ioh. Henrici Bœcleri *Historia universalis 4. Seculorum*, cum præfatione Isagogicâ, & Historiâ vitæ scriptorumque Bœcleri. Ibid. 1695. 1. Alph. 7. plag.)

Theologia Dogmatico-Thetica, in unica Disputatione synopticè adumbrata, Prælide D. Ioh. Fechtio, ibid. 1696. (7. plag.)

Ejusdem *Synopsis expressior.* ibid. 1696. (3½. plag.)

Curcellæus in editione N. Test. Socinizans. ibid. 1696. (5. plag.)

Manuale Homileticum synopticum. ibid. 1696. (2. plag.)

Centuriarum Magdeburgensium recensio Historico-Critica, Gedani, 1696. (3. plag.)

Detectio Imposturarum & subdolæ erga Patres reverentiæ, quibus Christophorus Sandius orbem fallere conatus est. Rostochii, 1697. (2½. plag.)

Observationum Philologicarum Pentas. ibid. 1697. (3. plag.)

Martini Chemnitii *succinctæ theses in plerosque Locos Theologicos*, cum Præfatione. ibid. 1697. (5½.) plag.)

Idea Logicæ Schelgwigianæ. Gedani, 1697. 15. plag. in fol.)

Dodecas Disputationum Metaphysicarum. ibid. 1697.

Dodecas Disputationum Ethicarum contra Spinosam. ibid. 1697.

I. H. Bœcleri *libellus memorialis Ethicus*, in usum Athenæi re-
cusus. ibid. 1697. (4½. plag.)

Nonnulla alia adhuc, sed imperfecta, in manibus Typographi hærent, quæ ad finem perducta suo tempore recensentur.

Die 17. Iulii Ioh. Gothofredus à Dießeldorff, I. V. D. Com. Palat. Cæs. & Juris ac Histor. Professor P. nec non Athenæi Inspector, (de quò mens. Ianuar. p. 10.) Disputationem Historicam habuit de *Iohannâ Darcîâ (d' Arc) seu Puellâ Aurelianensi*, Respondente Michaële Wrennenrenß. Gedanensi. (2½. plag.)

Idem D. Dießeldorffius, priusquam in Patriam rediit, in variis Academiis sequentes Disputationes habuit:

De eò quod iustum est circa pactum Executivum, Prælide Gothofredo Barthio, Lipsiæ, 1689. (6½. plag.)

De Potestate Statuum Imperii Protestantium circa Matrimonia subditorum, Disputationes quinque, ut: 1. De Iure restringendi Naturalem libertatem, Præside Ill. D. Bornio, Lipsiæ, 1690. (5½. plag.) 2. De Iure relaxandi Legem prohibitivam, Respond. Christ. Henrico Schwarzkopf, Neo-Haldenslebiæ Saxone, Francof. ad Viadr. 1691. (5½. plag.) 3. De Iure supplendi Consensum Parentum, absque Respondente, Gröningæ, 1691. (3. plag.) 4. De Iure decernendi Repudiâ, Respond. Ernesto VVilhelmo Hertzog, Merseburg. Misnico, Lipsiæ, 1696. (3½. plag.) 5. De Iure suspendendi & resolvendi individuum vitæ consuetudinem, Respondente eodem, Lipsiæ, 1697. (5. plag.)

Disp. Inaugur. de Adulterio Lege Divinâ & Humanâ coercendâ, Lipsiæ, 1693. (4. plag.)

De Rigore Pœnarum Militarium, ejusque Iustitiâ, Respond. Ioh. Godofredo Kirsch, Gedanensi, Lipsiæ, 1696. (4. plag.)

Exercitationes Iustinianæ 22. ad duos priores Institutionum libros, ab an. 1693. & seqq. publicè ventilatæ, & conjunctim editæ Lipsiæ, 1696. (24. plag.)

REGIOMONTI

Iohannes Christophorus Boltz, Insterburgensis Prussus, J. V. D. & Prof. P. Ord. supremi in Prusiâ Appellationum Iudicii Consiliarius, & Consistorii Sambienfis Præsides, Pandectarum, hæctenus Disputationibus publicis declarare aggressus, vigesimam octavam nuper Disputationem Pandectarum habuit; adeoque opus, quod molitur, ad quatuor ferè alphabeta excrevit.

Hujus gener, Iohannes Grein, Rostochienfis, I. V. D. & Prof. P. nec non supremorum Prussiarum Iudiciorum Advocatus, variis hæctenus Disputationibus industriam suam probavit, quales sunt:

Disp. ipsius Inauguralis de Consonantiâ Iuris Civilis & Naturalis in effectibus Dominii, Regiomonti habita 1690. (4½. plag. in 4.)

Disp. de Interpretatione L. II. C. de Edicto D. Hadriani tollendo, & quemadmodum scriptus Heres in possessionem mittatur, pro Loco Professionis in Iure Extraordinariæ, Resp. Dav. Starinsky. 1690. (2½. plag. in 4.)

Disputationes novem Feudales, ab an. 1691. ad 1695. habitæ. (1½. Alphab. in 4.)

Disp.

Disp. de *Testium pugna*, pro loco Professionis tertiaz Ordinariae habita, Resp. *Andreas Hedione*, 1694. (3. plag. in 4.)

Disp. de *Facto in continenti faciendò*, seu de iis, quæ in continenti fieri debent, Resp. *Ioachimo Röhn*/ Lubec. 1694. (4½. plag. in 4.)

Disputationes novem, *Theses è 4. Libris Institutionum exhibentes*, 1697.

Positiones Miscellanæ Iuridicæ, quas *Petrus Schwenner*/ I. V. Cand. pro obtinendâ facultate in Iure legendi, ventilavit, 1697. (1½. plag. in 4.)

Theses Iuridicæ, Resp. *Christophoro Engelbrecht*/ Schiffenb. Pruss. propositæ, 1697. (2½. plag. in 4.)

Georgius Emmerich, Med. D. & Prof. P. d. 5. Iunii Disputationem Medicam habuit, quâ *Thesum Medicarum totidemque paradoxorum* pentada proposuit, Respondente *Iustò Conrado Rehtmeir*, Brunsvicensi. (2. plag. in 4.) Hujus Dissertationis Thesis 1. Physiognomiam probat, & quod vel facie hominis legi quæat, quæ valeat corpore & animo, ostendit. 2. Præconceptam opinionem rejicit, ac si ex aquæ potu, præsertim calidæ, hydrops adveniat, potiusque quod ex vini ingurgitatione nimia accidat, probat. 3. Aërem nos ambientem comprimere vasa corporis nostri, ne ab aëre internò rumpantur vel tympanite moriamur, demonstrat. 4. Ab usum vini cremati, aliorumque Spirituum ac liquorum destillatorum perstringit; & cum multi putent, calorem ventriculi ex spiritibus his auctum, optimam efficere chylicationem, calorem nec efficientem nec unicam causam concoctionis probat. 5. Uromantiam labefactat, ejusque nimium usum maximè rejicit, ubi incidenter fraudes quædam Medicastroorum Uromantarum deteguntur.

Die 1. Julii *M. Michæl Schreiber*, Eloqv. Prof. P. Ord. & Bibliothecarius Wallenrodianus, Orationem Panegyricam habuit, quâ Electori Brandenburg. FRIDERICO III. diem natalem quadragesimum secundum gratulatus est. Iisdem horis matutinis de *Nominis Brandenburgici gloriâ* peroravit *Franciscus Amilius de Barfus*, Nobilis Silesius, quò Actu Carmen Germanicum *M. Hieronymi Georgi*, Poët. Prof. P. & h. t. Decani, distributum est.

Su-

Supradictus etiam *M. Michaël Schreiber*, ob augmentum Electoris munificentissimum, Professorum salariis nuper concessum, ac nova quædam salaria constituta, præcedentis Maji mensis die 9. Orationem eucharisticam in Auditoriò majori recitavit.

Sequenti die 2. Julii *M. Michaël Hymovius*, Rector Scholæ Löbnicensis, per duos Adoloscences Natalem Seren. Electoris celebravit; quorum alter, *Ioh. Christophorus Kress*, Regiomontanus, Mysteria Nominis Friderici Latinâ oratione exposuit. (2. plag. in fol.) Alter verò, *Ioh. Fridericus Dreslerus*, Ragnit. Prussus, Carmine Germanicò, mysteria Temporis, quò natus est Elector, consideravit. (2. plag. in fol.) Ipse Rector Programma invitatorium ad hunc Actum edidit, cui titulus: *Angelus Pæis*, (1. plag. in fol.)

Die 8. Julii sub præsidio *Theodori Pauli*, I. V. D. & Prof. Primarii, Seren. Elect. Brandenb. Consilarii, ac Iudicii Aulici rerum Criminalium Præsidis, filius ipsius unicus, *Theodorus Christianus Pauli*, Regiom. Prussus, (famigeratissimi Theologi D. Dreieri Ne-
pos) duodecimum ætatis annum vix egressus, *Decadem Thesium miscellanearum*, ex Iure Naturali, Civili & Canonicò, ventilandam proposuit. (1½. plag. in 4.) De his gravissimis materiis, Respondens, præsentibus nonnullis ex Aulâ Brandenburgicâ Ministris, Academiæ Professoribus, aliisque ex Civitate Hospitibus, & innumerâ Studioforum multitudine, singulari facundiâ & modestiâ tam doctè disseruit, ut quamvis Disputatio ab horâ nonâ matutinâ (supra modum & morem) usque ad quartam pomeridianam protracta sit, vix cuiquam tamen illa mora gravis fuerit. Ferè enim solus hanc dissertationem contra tres strenuos Opponentes propugnavit, ut præsentia Præsidis non nisi ex more Majorum necessaria videretur. Nec putandum est, Respondentem tela Opponentium prævisa, sibi quæ communicata, facile declinare potuisse. Nam, quò minus hanc suspicionem quis de Juvene capiat, vel hoc solum evincere potest, quod ultimus Opponens, Licentiatuſ Juris & Professor Extraordinarius, diversis principiis imbutus, ad opponendum invitatus fuerit: cum in finem, ut seria collatio diversorum principiorum modestè institueretur: Contra quem tamen Adoloscens iste in evolvendis & resolvendis tam Iuris Civilis quàm Cano-

nici difficillimis textibus, tentandi & explorandi causâ ei objectis, itâ promptè sese gesit, ut cuius satisfecerit. Inprimis verò notatu dignum, quod pro re natâ in scientias Philosophicas excurrerit, Ethicam nempe & Politicam, imò & Metaphysicam, ex quâ de ratione probandi principia, nec non ex Analyticis de Demonstratione τῆ ὀρί & διότι, supra ætatem disseruit, & ad materiam non solum Argumentorum sed & formam expeditè respondit, ut quilibet faciliè animadvertere potuerit, eum non illotis, quod ajunt, manibus, sed satis benè præparatum, ad difficile Juris studium accessisse.

Sequenti die *Henricus Heinrich*, Med. D. (cum comitatu Seren. Electoris Berolinò Regiomontum profectus, adeoque Academicæ hujus Hospes) Ampliff. Facultatis Medicæ consensu, Respondente *Ioh. Ferdinando Adami*, Rav. Polono, Theses Medicas, de *Fine Medicinæ interno*, publico examini subjecit, quibus Medicinam *Artem* esse docuit, eò quod finem effectivum habeat. (1. plag. in formâ patente.)

Die 10. Julii paullò ante dictus *Georgius Emmerich*, Med. D. & Prof. P. *Theologiam ejusque infusum* modestæ Eruditorum συζητήσει exposuit, Respondente *Christianò Fridericò Neidhard*, Riesenb. Prussò, (3. plag. in 4.) Hâc dissertatione Auctor Theam non parvi habendam, interim tamen non instar Deæ seu Panacæ colendam asserit. Præmissis igitur quinque §. quæ ad Historiam herbæ Thee spectant, §. 6. & 7. anatomiam ejus Sensu, Ratione ac Experientiâ instituit, §. 8. & 9. aquam calidam antiquitate, simplicitate, fluiditate, humiditate ac caliditate omni tempore sese commendare dicit, §. 10. & 11. Usum Infusi Theæ exhibet, §. 12. usque ad 16. ab Objectionibus Theam liberat, §. 17. Abusus veros ac noxas Theæ ostendit, tandemque §. 18. & 19. quomodo Thea sit coqvenda & assumenda, & quibus medicamentis ejus vires sint exaltandæ, proponit.

Die 18. Jul. Exercitatio Philologico-Historico-Theologica, de *Presbyteris Laicis*, sub Præsidio *Godofredi Wegneri*, SS. Theol. D. & Prof. Ord. ventilata fuit, Respondente *Ioh. Christophoro Dolmanno*, Curlando, in quâ Presbyterorum horum existentia ex 1. Tim. 5, 17. aliisque Scripturæ locis demonstratur. (3. plag. in 4.)

Dis-

Dissertatio ista brevi auctior prodibit, vindicatô atq; expositô horum Seniorum munere, ejusqve utilitate.

RIGAE

M. Ioachimms Severus, Rigenfis, an. 1654. d. 20. Aug. natus, & (ex Pastore Ulxkul. & Kirchholmenfi) ab an. 1685. Ecclesiæ Patriæ Cathedralis Minister, d. 23. Iunii, qvadragesimo qvartô ætatis annô, obiit.

Dier. Julii *Henricus Fuhrman*, Rigenfis, ex Adjunctô Templi Iesu (qvod officium superiori anno 1697. d. 19. Aug. nactus erat) Pastor Ecclesiæ Pinckenhofienfis constitutus est. Succesit in istô munere *Georgio Dresfel*, Eislefeldensi, qvi nuper d. 29. Mart. qvadragesimô qvartô ætatis annô obiit, qvique singularem *Letticæ* Lingvæ cognitionem habuit, qvam non tantum *brevi ad hanc Lingvam Introductione*, (surge Anleitung zur Lettischen Sprache) an. 1685. Rigæ edita, probavit, sed etiam *Lexicô Letticô*, adhuc ineditô, qvôd inter MSS. ipsius servatur.

Vacuum hujus *Fuhrmanni* locum in Æde Iesu iterum occupavit *Iohannes à Diepenbrock*, Rigenfis, à *Iohanne Breverô*, Isleb. Sax. SS. Theol. D. & Superintendente, nec non ad D. Pet. Pastore & Consistorii Assessore primariô, raro admodum exemplô, eodẽ die ordinatus, qvô is ante 40. annos novi hujus Adjuncti patrem ad idẽ munus ordinaverat. Fuit it *M. Andreas à Diepenbrock* (Vvereri Verbi Divini apud Rigenfes Ministri filius) an. 1624. d. 7. Nov. natus, & Marpurgi, Gieslæqveliteris imbutus, nec non studiis Comitum Erpacensium præfectus, qvi ab an. 1658. variis muneribus Ecclesiasticis Patriæ inserviit, tandemqve ut Concionator hebdomadarius supremus (Oberwochen Prediger) & Consistorii Assessor, hõc ipsô annô 1698. d. 4. Apr. ætatis verô septuagesimô qvartô, obiit. Disputavit is Rigæ sub D. *Ioh. Brevero*, (t. t. Gymnasii Professore an. 1649. de *Affectionibus Enuntiationum*, Gieslæ autem sub D. *Haberkornio* an. 1650. contra *Petrum Valerium*; nec non sub *Casparô Ebeliô*, eodẽ annô, tam de *Ente & Potentiâ*, qvam de *Iudiciô contradictionis formalis in Disciplinis realibus exercitiæ*.

Ad exemplum *Lubecæ Literariæ* hujus anni 1698, Calendis Ianua-

rii editæ, & pag. 16. memoratæ, quam mense Februario excepit *Hamburgum Literatum* (M. Petri Ambrosii Lehmanni, Doebelenfis, industriâ congestum) & paullò post *Lipsia Literata* (ab Immanuele Weber consignata, ac repetitæ editioni *Lipsiæ Evangelicæ* B. Lic. Ieremias Webers annexa) nuper etiam (M. Adriani Præussimanni Rigenfis, operâ) prodit *Riga in Livonia metropolis Literata*, anno 1698. Calendis Iulii exhibita. (1. plag. in 8.)

DORPATI

Similem in modum M. Daniel Eberhard, Streliz. Megap. (ex Conrectore Lycæi Reg. Rigenfis, Ecclesiastæ Dorpatensis ad D. Ioh.) *Dorpatum in Livonia Literatum an. 1698. exhibitum* edidit. (1. plag. in 8.) Pariterque Narram & Revaliam Literatam brevi comparituram esse, accepimus.

Præside Gabriele Sjöberg, Philos. Practicæ Prof. P. & h. t. Academiæ Rectore, d. 8. Iunii Iacobus Wagner, Svecus, pro gradu Magisterii disputavit de *Obligatione Civium erga Principem*. (3. plag. in 4.)

Idem hujus Disputationis Inauguralis Philosophicæ Præses, G. Sjöberg, Smolandia Gothæ, variis hæten° ingenii monumentis inclaruit. Nam è Gymnasio Wexionensi an. 1677. ad Academiam Upsalensem translatus, an. 1679. Orationem de *Gratitudine erga Præceptores* habuit, aliamque an. 1680. ligatò sermone conceptam, de *Regis CAROLI XI. Virtutibus, præcipue bellicis*. Deinde exercitii gratiâ disputavit an. 1683. de *Româ ruente*, s. vitiis Romanorum circa religionem, politiam, & privatam societatem; nec non an. 1685. pro gradu Magisterii, de *Sole ejusque natura*, ceu mense Apr. p. 56. diximus. Hinc, exteris Academiis, Wittebergenfi scilicet, Lipsiensi, & Ienensi, salutatis, tractatum de *Iesu agonizante* an. 1687. typis Hamburgensibus commisit, visòque Belgio in Sveciam redux, ac an. 1688. *Professor Philosophiæ Theoreticæ* in Academia Dorpatensi constitutus, an. 1690. circa Restaurationem peroravit de *Veritate Philosophiæ*, eodemque annò de *Libero Philosopho* disputavit. Sequenti an. 1691. d. 25. Nov. Orationem panegyricam in *Natali CAROLI XI. Regis* habuit,

buit, quæ Dorpati excusa est in fol. An. 1692. *Exercitationes Academicas XIII*, super theses Physicas selectiores habitas, typis tradidit. (in 4.) Eodem annò prodiit *Metaphysica contracta*, (in 4.) Disp. de *Contiguitate Corporum*, Auct. & Resp. *Gunnaro Follenio*, Ostrogotho. Disp. de *Verò Nobili*, Auct. & Resp. *Henrico Nedderhof*, Reval. Disp. de *Erroribus Sensuum*, Auct. & Resp. *André VVestermann*, Holmienfi. An. 1693. Disp. de *Ideis*, Auct. & Resp. *Laurentio Salvio*, Suderman. Sveco. Disp. de *Argutis Inscriptionibus*, Auct. & Resp. *Iacobo Concio*, Prusso. Disp. de *Naturâ*, Resp. *Carolo Undean*, Weit-Gotho. Disp. de *Victore Prudente*, Auct. & Resp. *Erico Albigio*, Rect. Scholæ Narvenfis. Mense Iunio istius anni *Professor Philosophiæ Moralæ, Civilis, & Iuris Naturalis* constitutus, disputavit de *Bono Cive*, Resp. *Daniele Clocovio*, Rigenfi. An. 1694. in gratiam Alumnorum Reg. octo Disputationes habuit de *Libero Philosopho*, quas datâ occasione, nonnullisque aliis Disputat. additis, imprimendas curabit: Habita quoque Disp. de *Virtute Heroica*, Resp. *Ioh. Ramnelio*, Ostrogotho. Disp. de *Peregrinis*, Auct. & Resp. *Gustavo Adolpho Humble*, Smolando. Disp. de *Mundo*, Auct. & Resp. *Boetio VVernbergh*, Upsal. Sveco. Disp. de *Orbe Imperiorum*, Resp. *Erico Buhre*, Ingermanno. Disp. de *Bono Belli Duce*, Resp. *Henrico Kors*, Ostgotho. Oratio de *Regiâ dignitate eminente præ aliis Rerump. formæ*. Disp. de *Amicitia*, Resp. *Ioh. Methet*, Carelo. An. 1695. Collegium disputatorium & prælectorium habuit ex *Grotio de I. B. & P.* cujus MS. servatur. An. 1696. Disp. de *Majestatz*, Resp. *Ioh. Rootkirck*, Nobili Sveco. Disp. de *Animæ s. Mente Humanâ*, Auct. & Resp. *Gudmundo Kroock*, Smolando. Disp. de *Bello*, Resp. *Ioh. Zachariâ Franchenhiehm*, Nob. Svec. An. 1697. Disp. de *Libertate Civili*, Resp. *Anarsâ Bergh*, Sveco. Disp. de *Pace*, Auct. & Resp. *Gabrielo Hinnel*, Neov. Ingermanno. Præsenti anno 1698. d. 7. Martii, in festo Vnctionis CAROLI XII. Sveciæ R. Orationem Panegyricam de *Principe Absoluto*, habuit, nec non Disputationes aliquot ex *Iure Naturali*, pro Alumnis Regiis, quibus adhuc occupatur. Hæ Disputationes omnes Dorpati apud Ioh. Brendeken typis inpressæ sunt; iisque brevi aliæ addentur, quæ agent de *Curâ Animi*, de *Dignitatibus*, &c. Quod reliquum est, Auctor noster in *Iure Naturali*, & *Politici* enucleandis occupatur, & Cogitation-

nes hæc, horis subcivis collectas, aliquando emittere sibi proposuit.

Officium *Pastoris ad. D. Ioh. qvod Crispinus Iernfeld, SS. Theol. Lic. & Prof.* morte suâ vacuum reliquerat, *M. Andreas Willebrand, Revaliensis, Diaconus ejusdem Ecclesiæ,* adeptus est.

LONDINI in SCANIA

Andreas Riddermarck, Mathem. Prof. P. (qvijam superiori annò, d. 8. Dec. de *Signaturâ factus in uterò* disputavit) hòc annò d. 26. Martii Disputationem habuit de *Sensu Tactûs*; die 9. Aprilis de *Introductione in Philosophiam*; & die 16. Apr. de *Lachrymis vitreis*.

Hagvinus Stridsberg, Lingg. Sanct. Prof. P. d. 22. Iunii de *Luctu Veterum*; nec non d. 30. Iunii de *Conviviis Veterum*, disputavit.

HAFNIAE

Curiosa descriptio *Mensæ Regiæ, diæ natali Regiæ, CHARLOTTAE AMALIAE, singulari apparatu strata*, nuper edita est, hòc titulò:

Der sieben und zwanzigste April/ oder erfreulichster Geburts-Tag unser allergnädigsten Landes-Mutter/ Fr. Charlotte Amalie/ Königin zu Dännemarck/ Norwegen/ &c. so anno 1698. zum dreißigsten mahl in Dännemarck celebrirer werden. (18. plag. in fol.)

Auctor hujus scripti in fronte ejusdem augustissimæ Regiæ effigiem exhibet, subjectò Epigrammate Germanicò: Seqvuntur deinde varia Epigrammata Latina & Anagrammata Teutonica. Plagulâ tertiâ succedit Emblematum descriptio, & subnectuntur 18. (scuta, tabulis æneis incisa, qvæ totidem Statuæ, in Mensâ Regiâ positæ, exhibuerunt; scilicet: 1. Genius quidam, anni natalis Regiæ numerum, MDC L. subductâ albâ lincâ notatum, additâ inscriptione: *Ma joye commence.* 2. Janus, Solem orientem, cum diei natalis 27. Aprilis indicio, & lemmate: *Le bien venu.* 3. Hymenaus, Imagines Regis & Regiæ, manus jungentium, additò Regiarum nuptiarum tempore

pore, MDCLXVII. d. 25. Iunii, & verbis: *Le doux Souvenir*. 4. Iuno, literas initiales nominis Reginæ C. A. sibi invicem junctas, quibus supervolans genius coronam imponit. *Le prix du merite*. 5. Cupido, Leonem Hassiacum coronatum, & tæniis transversis rubeis distinctum. *Les nœuds du Nord me plaisent*. 6. Concordia, Crucem patriarchalem Principatûs Hirschfeldensis. *L' union dans deux Religions*. 7. Pallas, Stellam Comitatus Ziegenhayn, cui inscriptæ literæ C. A. *Qui peindra son brillant*. 8. Themis Leopardum Comitatus Cattimeliboccensis. *Son merite l' y met*. 9. Diana, duos Leones gradientes Comitatus Dietz. *L' amour joint les semblables*. 10. Atlas Stellas duas aureas Comitatus Niddæ. *La splendeur l' emporte*. 11. Hercules, duo vertica folia Holsatiæ & Schaumburgi, coronâ impositâ. *L' union fait plus valoir*. 12. Pietas, tres clavos Comitatus Schaumburgici. *La pieté de la maison*. 13. Pomona, arborem quatuor pomis ferentem. *Le fruit releve son prix*. 14. Hebe, imagines Regis, Reginæ, & Principis hæreditarii, Nepotem ac filium Christianum amplexantium. *L' accomplissement de la promesse* Ps. 128. vers. 3. 4-5. 15. Pluto, Adamantem. *Le Temps ne m' ôte rien*. 16. Neptunus, Navem, expansis velis, additò Reginæ symbolò *L' homme propose, Dieu dispose*. 17. Saturnus, vinculum inter se complicatum, ejus finibus annorum 1667. & 1698. numeri inscripti sunt. *Plus ils s' éloignent, plus ils serrent*. 18. Clotho, imaginem Fataz colunt gestantis. *Les souhaits du Nord*. Vnicuique Emblematis duo disticha Germanica subiecta sunt, totumque librum claudit carmen Germanicum.

Die 14. Julii *Conradus Bierman ab Ehrenscheld*, Dominus in Teichhoff, Eques auratus Ordinis Danebrogici, S. R. Maj. Confiliarius Intimus, Status, Iustitia & Cancellariæ, ac Comitatus Pinnebergenensis Satrapa, in templo D. Petri humatus est, postquam Hamburgi d. 24. Aprilis hujus anni decesserat, ætatis suæ 69. Is natus fuit circa an. 1629. in Durlacensi Marchionatu, patre *Martino Biermann*, Verbi Divini Ministro, scholisque & Academiis variis traditus, insignem eruditionem & prudentiam adqvisivit, quæ Potentissimis Daniæ Regibus ab an. 1654. innumeris Legationibus, & in conceditis summis muneribus, probavit, ut Programma publicum, in ejus funere scriptum, latius edisserit.

Die 18. Iulii *Actus Depositionis* Academicæ celebratus fuit, & ex Scholis Daniæ *centum & octoginta* bonorum artium alumni (exhibitis testimoniis Rectorum, & documentis Latinis, Græcis ac Hebraicis, ut & ex disciplinis Philologicis) in album Studioforum recepti sunt.

Die 21. Iulii *Bartoldus Botsaccus*, SS. Theol. D. & Prof. Regius, nec non templi Petrini Pastor, Disputationem *secundam* Theologicam de *formula Liturgicâ: Sursum corda*, publicè ventilandam proposuit. 4 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.) *Prima* hujus argumenti Disertatio *Historiam* istius formulæ exhibuit; Iam verò in *secundâ* hâc disputatione, præmissâ præfamine de *antiphonatum in Ecclesiâ canendi modô*, formula ipsa ex duobus Scripturæ dictis, Thren. 3, 41. & Col. 3, 1. 2. explicatur. At, quoniam ista explicatio nondum planè absoluta est, disertatio *tertia* adhuc expectanda erit, quæ eam absolvet, & *quarta*, quæ usum & abusum formulæ describet.

Die 27. Iulii *Iohannes Nicolaiides Bœerius* in Auditorio Collegii Valckendorffiani *tres quæstiones Philosophicas* publico eruditorum examini submitit; itemque d. 30. Iulii *tres alias*. (in 4.)

Eodem mense Iulio prædiit scriptum de Controversiis Danico-Holsaticis, hōc titulō: *Conspectus causarum inter S. R. Majestatem Daniæ ac Norvvegiæ, &c. &c. ex unâ, & Sereniss. Principem Dr. Fredericum, Ducem Slesvici & Holsatiæ, &c. ex alterâ parte controversarum, cum rationibus utrinque allatis, earumque deductione & excussione; mandato S. R. M. editus an. 1698.* (13. plag. in 4.)

Hic tractatus, præmissâ Præfatione, & demonstratione brevi, Translatori novissimo Gallico, seu potius Commentatori factâ, quod sequentes quæstiones, hætenus controversæ, non novæ nec renovatæ appellandæ sint, pag. 6. quæstionem I. de aperturâ Testamenti; pag. 11. quæst. II. de unionum renovatione, earumque in controversiis Principum constituto Iudicio; pag. 41. quæst. III. de milite externô in Provincias communes non recipiendô, introductô autem & assumptô iterum dimittendô & abdicandô; ac deniq; p. 46. quæst. IV. de militibus conscribendis & fortalitiis noviter extruendis, ventilat,

Otho Sperlingius, I. C. Confiliarius Regius, & in Acad. Equ. Hist. & Eloqv. Prof. præter ea, quæ mens. Febr. p. 22. notavimus, ingenii monumenta, plura alia partim hætenus edidit, partim verò ad præ-
lum parata habet. Edita sunt hæc:

De *Antichresi*, Disputatio Inauguralis, Kilon. 1674. in 4.

Ad *Nummum Furie Sabine Tranquilline Imperatricis* Dissertatio. Am-
stelod. 1688. in 8.

Monumentum Benedictinum Hamburgense. Kilon. 1675. in 4.

De *Præstantia Lingvæ Danicæ* inter Septentrionales. Hafn. 1695. in 4.

Archiepiscopi Lundensis, Absolomus, Testamentum. 1696. in 8.

Inedita autem sunt:

Valerius Maximus Danicus. (vid. Febr. p. 22.)

De *Nummis non cufis veterum & recentiorum*.

Alberti Crantzii Vita, ex variis scriptis collecta.

De *Marcâ Lubecensi* Dissertatio.

Historia Reip. Hamburgensis, ad modû cæterarum Rerum publicarum.
Respublica Lubecensis, eodem modò.

Chronicon Magnum Hamburgense, Germanicè, 18. voluminibus.

De *Nummo Gothico Regis Christiani V. cum Runicis literis*, 5. volumi-
na, Septentrionalium nationum antiquitates edifferencia.

De *Fæminis doctis omnium nationum*, illarumque scriptis.

Catalogus Historicorum de Rebus Danicis & Norvegicis qui scripserunt.

Catalogus Scriptorum Hamburgensium.

Liber Memoriarum Ecclesiæ Hamburgensis, cum notis.

Adamus Bremensis, cum notis perpetuis. 5. voll.

Catalogus Scriptorum Historicorum secundum materias.

De nomine *Danico Ronning* / ejusque *Majestate*, Dissert.

Index Scriptorum Iuridicorum, Ictorum Vitas simul continens.

Axiomata aut Loci Communes Iuridici, ordine Alphabetico distin-
cti, ex præcipuis Autoribus hodiernis collecti. 5. voll.

Historia Iuris Danici.

De *Cappellis & Cappellanis*, spissum volumen, enatum ex paucis fo-
liis, quæ olim Hamburgi debebant imprimi.

De *Urbe Stadenfis Antiquitate*, Germanicè, contra *Stadenses Scri-*
ptores,

D. Roberti Hill, Angli, variaz meditationes de Morte in Danicam linguam transfusæ sunt à *Lanò Severini Bergendaliò*, h. t. Adskillige Lærdømmer om Døden, oc Trøst imod Døden udi 130. Spørsmål oc Sienswar/ først paa det Engelske Spraaq sammen streffvet/ aff D. Robert Hill, oc nu paa moret Danste Tungemaal oversat aff Jens Eøffensen Bergendal/ Eøgnepræst till Mønsthergeby oc Wiromaa Eøgner. Kjøbenhavn/ 1698. (13. plag. in 8.)

Virâ quoque excessit notissima & longæva illa *Lieuwa*, quæ 124. annorum ætatem attigit. Hæc primis adolescentiæ annis cum *Tychone Braheo*, celeberrimo hujus Regni Mathematico, versata, inter domesticos ejus vixit, postea verò, illo Daniam relinvente, ex sorore Tychonis, Medicinæ studiosissimâ, tantum didicit, ut (præter Astrologiæ judicariæ studium) Chirurgicis & Medicis operationibus non infeliciter tinctâ, multis hîc remedia adhibuerit, in primis autem Emplastro suo miraculoso (*Strasels Pfaster*) se plurimis commendârit. His artibus vitam cœlibem duxit, valetudine ad decrepitam senectutem usque prosperâ, nisi quod ante 7. annos lecto fuerit affixa, & cœcitatem contraxerit, mente tamen satis firmâ.

OTHONIAE in FIONIA

Thomas Kingo, SS. Theol. D. & Episcopus Fionia (cujus mentionē fecimus mens. Apr. p. 63.) Poëta & Orator facundissimus, præter varia Latini & vernaculi sermonis *Carmina*, quibus res gestas Regum & Ducum, ut & clariorum utriusque sexûs hominum merita decantavit, editamque Concionem in exequiis D. *Jacobi Bircherodii*, Assessoris Consistorii Regii, & Theologi in Gymnasio Othoniensi, (quæ unâ cum Oratione parentali Latinâ D. *Georgii Hannæi*, Hafnia in 4. impressa est) integrum nunc jussu Regio *Sacrorum Hy-mnorum* volumen parat, quorum publicus usus erit in omnibus Dania & Norvegiæ Ecclesiis. Editio hujus operis jam sub domestico ipsius prælo sudat in 8.

M. Ludovicus Stoudenius, Pastor Primarius ad D. Canuti, & Præpositus, edidit Concionem funebrem in obitum *Iani Ericii*, Confulis Othoniensis, impressam Hafniæ in 4. Nec non in obitum *Margareta Ericia*, ibidem nuper typis excusam, in 4.

Thomas

Thomas Broderus Bircherodius, Eloqvientiæ Professor in Gymnasio Othonienſi, & Scholæ Cathedralis Reſtor, emiſit ante aliquot annos in lucem *ſiagrophiam κερατολογίας*, ſeu Specimen commentariorum de *Cornibus & Cornutis*; ipſius operis publicationem hæcenus vaſtitas ejusdem ut & multitudo figurarum prohibuit.

Ejusdem *Historia Rei Nummarie Danorum*, ab antiquiſſimis temporibus ad ſtirpis Oldenburgicæ originem, cum figuris æneis, Lipſiæ jam ſub prælo verſatur. (in 4.)

Ejusdem *Ælnothus Monachus de Vita S. Canuti Regis & Martyris*, cum notis perpetuis & figuris æneis, MSto antiquo collatus, ultimam adeptus curam, prælum exſpectat.

Taurus Cimbricus ipſius quoque, ſeu de hujus animalis adoratione apud Septentrionales antiquos liber ſingularis, cum figuris æneis, qvæ primum lucem videbit; ut & *Chius*, Archipelagi Inſula, cum antiquâ & novâ ejusdem hiſtoria, fig. æn. ornata, nec non *Suratta aliquot priores Alcorani Muhammedici*, ex Arabico verſæ, & notis polyglottis illuſtratæ, qvæ prælo paratæ jacent, & cum ſupra memoratis typographum deſiderant, qvæ erogati jam in tabulas æneas ſumptus & impenſi laboris æqvus æſtimator eſſe velit.

KILONII

Typis impreſſa eſt Oratio Panegyrica, quam *Wilhelmus Uſfall*, Gothenburgenſis, d. 3. Martii habuit, hõc titulõ: *Felicitas Sveciæ, ipſo Inaugurationis die CAROLI XII. Svecorum Gothorumque Regis, inter ſolemnes gratulationes & applauſus feſtos, in Illuſtri Kilonienſium Academia, III. Martii An. M DC XCVIII. Oratione panegyrica deprædicata, a VVilhelmo Uſfall, Gothenburgenſi Svecõ. Kiloni, literis Ioachimi Reumanni, Acad. Typogr. (8. plag. in fol.)*

B. *Danielis Georgii Morhofii*, celeberrimi qvondam Polyhiſtoris & Profeſſoris Cimbrici, *Orationes & Programmata*, in Hoſſatorum Academia Kilonienſi publicè propoſita, filiorum ipſius *Cæſari Danielis & Friderici* operâ, Hamburgi ſumptibus Gotſſredi Libernickels prodierunt. (3. Alphaab. in 8.)

Bartholomæus Johannes Otto Hannemann, (D. Ioh. Lud. Hannemanni, Phys. P. P. filius natu maximus) Med. Lic. de quò mens. Febr. p. 25. *Commentarium de Desideratis in Medicina* parat, cujus Cap. 1. ager de Desideratis Medicinæ in genere. Cap. 2. de Desideratis Physiologiæ. Cap. 3. de Desideratis in Pathologia. Cap. 4. de Desideratis in Semiotice. Cap. 5. de Desideratis in Hygiene. Cap. 6. de Desideratis Therapiæ in genere. Cap. 7. de Desideratis Therapeutices quoad morbos curandos. Cap. 8. de Desideratis quoad facultates Medicamentorum, & quidem interiorum. Cap. 9. de Desideratis quoad media externa. Cap. 10. de Desideratis in Dietetice. Cap. 11. de Desideratis in Pharmacia. Cap. 12. de Desideratis in Chymia. Cap. 13. de Desideratis in Chirurgia. Cap. 14. de Desideratis in iis, quæ communiter a Medico requiruntur.

LVBECAE

Die 13. Iulii, horis vespertinis, illustre funus Serenissimæ Principis CHRISTINÆ, filiæ AVGVSTI, Administratoris Magdeburgici & Ducis Saxoniae &c. Conjugis Reverendissimi Principis ac Domini, AVGVSTI FRIDERICI, Episcopi Lubecensis, Heredis Norvvagiæ, Ducis Slesvici, Holsatiæ, &c. (Halis Sax. an. 1656. d. 25. Augustæ, & an. 1676. 21. Jun. nuptæ, Vthini verò, quæ Episcopalis sedes est, d. 27. Aprilis hujus anni 1698. denatæ) solenni pompâ monumento Cathedrali (quod Episcopus noster sibi & uxori fieri curavit) illatum est.

Ioachimus Iohannes Rango, I. V. D. (post editam superiori anno 1697. Epistolicam Dissertationem de *Bylaginibus Lubecensium*, sive Concordantiâ Juris Lubecensis cum Jure Svecano, ad D. *Antonium VVinchlerum*, Reip. Lubecensis Consulem, 4. plag. in 4.) jam in eò occupatus est, ut tractatum suum de *Fide Bellicâ*, olim in Academiâ Lugduno-Batavâ locò Speciminis Inauguralis ad disputandum publicè propositum, nunc verò secundis curis melius ordinatum, rebusque cum ex Historiâ, & ipso Instrumento Pacis recentissimò, nimirum Risvvycensi, depromptis, tum ex Jure Gentium illustratis, usque adeò locupletatum, ut novam planè faciem novumque habitum induisse videatur, propediem prelo submittat.

tat. Hunc in tres diversas sectiones dispertivit Auctor, quarum I. præmittit principia generalia, tractationi in progressu lucem allaturæ, & subdividitur in duos articulos speciales, quorum alter agit de causis bellorum svasoriis, causis item iustificis; alter de Pacis negotiis, Fideique præsertim Bellicæ arduis momentis, Principiæque ac subditis commendandis. In Sectione II. agitur 1. de causâ Efficienti Fidei Bellicæ, 2. de Materiâ Fidei Bellicæ, 3. de Formâ F. B. 4. de Fine & Effectis Fidei Bellicæ. Vbiqve verò jucundæ quæstiones admisceantur, quas ipse ordo subministrat. Denique sectione III. subjunguntur, in duobus specialibus articulis, Affinia & Contrariâ Fidei Bellicæ, tandemque in Epilogo ipsemet Auctor fidem orbi Erudito sponder, fore ut per Supplementa nobilem hanc materiam horis subcisivis augeat, & singula melius expoliat. Annecet quoque Indicem articulorum, Auctorum & Rerum. Tractatus ille Rostochii imprimetur, constitutus circiter 36. plag. in 8.

*Johannis Jacobi Stolterfoht, Phil. & Med. D. ejusdemque
Professoris Gryphiswald. ac Practici Lubecensis,
Observatio de Nummò in Oesophagò*

Vacca repertò.

Hand quotidianum sanè est, quod de Cultrivorò Basileensi refert D. Joh. Rudolphus Burkardus, in cujus cadavere, an. 1650. dissectò reperta fuere duo cultri frustra, quæ juncta integrum perficiebant, alterum quidem in intestinò cœcò, alterum in anò. *Ephem. Nat. Curios. Dec. 1. An. 3. Obs. 178.* Cujus rei oculatum se sistit testem D. Jacobus Rohrius, qui alterum horum in Musèò se asserare ait, l. c. *obj. 179.* Hujus farinæ exemplum præbet D. Georg. Sebastianus Jungius, in Rusticò Bohemò, cultrum deglutitum novem mensibus in ventriculò gestante, qui adhuc in Camerâ Cæsareâ conspicitur. *M. N. C. Dec. 1. An. 1. Obs. 115. p. 235.* Conf. D. Theodorus Christophorus Krugius de Cultrivorò Hallensi-Saxonico & Londinensi, *M. N. C. Dec. 2. An. 10. Obs. 1.* De Prusicò, quem vidisse se asserit D. Christianus Menzelius, *M. N. C. Dec. 2. An. 5. in Schol. ad Obs. 1. p. 3.* Unde D. Cranerium incredulitatis arguit D. Joh. Petrus Albrechtus de Veritate Historiæ, quæ de Cultrivorò Prusiacò prostat, *M. N. C. Dec. 2. an. 8. p. 399.* Nummi deglutiti ab infante bienniali mentionem facit D. Joannes de

Muralto, qvi tamen iterum alvò post aliquod temporis spatium fuit secretus. *M. N. C. Dec. 2. An. 7. obs. 102. p. 164.* De Nummò deglutitiò & post duos Menses vomitu exclusò, observationem sistit *D. Iosephus Lanzoni, M. N. C. Dec. 2. An. 9. p. 81.* Nummum Prusicum in ventriculò Capræ invenit *D. Phil. Jac. Hartmannus, M. N. C. Dec. 2. An. 7. obs. 21. p. 47.* Nec adeò diu est, cum amica manus offerret nobis Nummum Saxonicum, duos trientes Imperialis æquantem, & auctoritate AVGVSTI, *Postulati Administratoris Archiepiscopatus Magdeburgensis, Ducis Saxonie, Iuliaci, Clivia Et Montium*, signatum, cujus ectypon Tabula VI. exhibet; Hunc in *Oesophagò Vacce* fuisse repertum, ibique per sexennium fixam tenuisse sedem, oculatus asseverat testis hunc in modum: *Hans Bobert*, Rusticus in prædiò *Salitz*, Ducatùs Mecklenburgici, cubitum iturus, caligas suscipendit ex uncinò in stabulò bubulò, sequenti mane peram (in quâ dictum nummum asservaverat) vidit perforatam, pecuniamque ablata, filia furti crimen imputans. At præterlapsò quinque aut sex annorum spatiò, tempore hyemali Vacca ad potum propeperans tibiam frangit; unde miser agricola mactare eandem coactus, in gulâ bruti nummum reperit perditum, quem, ut rem miraculi plenam ostendit Generosæ prolis *Luzovianæ Ephoro*, *Dn. Brakelio*, qvi curiositatis gratiâ legitimò eundem acquisivit pretiò, nostroque nuper Gazophylacio consecravit. Statim cogitare cœpimus de valvulâ præternaturaliter obstante in Oesophagò bruti, quæ nummum fortassis recipere, & ad sangvinolentam usque mortem asservare potuisset: cum verò deglutitionis læsionem nunquam observaverit pauperculus vaccæ possessor, sed habitum corporis *εὐσχεύων* semper prehenderit, ex improvisâ deglutitione, excoriationem tunicæ interioris œsophagi contingere potuisse, quæ ope salivæ medicatricis cuticulam vulnuscule obduxit, ita ut inter hanc sensim sensimque membranaceam acqvi rentem substantiam, & inter tunicam œsophagi propriam, in duplicaturâ quasi delituerit, illasâ deglutitionis functione, facile crederemus, sanioribus interim ratiociniis nostrum non denegaturi calculum.

Henricus Lubbertus, Pastor Balendorffensis, in ditione
Lu-

Lubecensium, Librum vernaculum edidit, cui titulus: Der ron den ehrbaren Heyden verdamme Luthersche Schein-Christ / in denen Erücken / die zum Gottesdienst und Kirchenstand gehören / &c. Lübeck / verlegt Johann Wiedemeyer / 1698. (93. plag. in. 8.) l. c. *Pseudo-Christianus Lutheranus, à Gentilibus damnatus, in iis rebus, quæ ad cultum divinum & statum ecclesiasticum pertinent.*

Cap. 1. hujus libri agit de Christianis, ipsis Ethnicis deterioribus, in genere. Cap. 2. de Cultu Divino in genere. Cap. 3. de Scriptura Sacra. Cap. 4. de Vero Deo cui soli cultus sacer competit. Cap. 5. de Notitia Dei. Cap. 6. de Cultu divino reali, & quidem internò. Cap. 7. de interna Devotione. Cap. 8. De interna Humilitate & Subjecti-one. Cap. 9. de Oratione & gratiarum actione. Cap. 10. de Vita virtutibus dedita. Cap. 11. de Cultu publico, qui precibus, jejniis, &c. peragitur. Cap. 12. de Juramentis. Cap. 13. de Sacerdotibus. Cap. 14. de Diebus sacris. Cap. 15. de Templis. Cap. 16. de Poenis divinis. Cap. 17. de Agnitione & Confessione peccatorum. Cap. 18. de Excommunicatione Ecclesiastica. Cap. 19. de Corceptione fraterna. Cap. 20. de Morte beata piorum. Cap. 21. de Immortalitate animæ, & resurrectione mortuorum. Cap. 22. de extremo Iudicio, & consummatione sæculi. Cap. 23. de Inferno. Cap. 24. de Cœlo. In his articulis, siue credendis & admittendis, siue etiam observandis & peragendis, plurimos eorum, qui hodie in Ecclesia Lutherano-Evangelica Christianum nomen crepant, ab Ethnicis olim longè superatos fuisse, & adhucdum superari, docetur.

ΜΕΛΕΤΗΜΑ ΦΙΛΟΓΑΩΤΤΙΚΟΝ

Singulare prorsus *Inferioris* nostræ *Saxonia* fatum est, quod ejus incolæ propriam suam & vernaculam Linguam fastidiant, & nescio quâ *Ξενομαγία* perciti, exoticò passim idiomate, *Münich* scilicet, utantur. Infanum hoc patrii sermonis tedium jam superiori sæculò invaluit, deditque *Alberto Krantzio*, gravissimo scriptori, occasionem, Saxon. l. 1. c. 1. Acriter in eos invehendi, qui ipsius *ἄνθρ*, neglectâ puriori linguâ vernaculâ, *Stridores superiorum Germanorum imitari* cæperunt. Similem invektivam videas apud *Johannem Micælium*, in præfat. lib. 3. des alten Pommerlandes / quam repetit & approbat *Daniel Georgius Morhofius*, im Unterrichte von der Teutschen Sprache / part. 3. c. 2. p. 481. Sed nemo hæc de

de re gravius Iohanne Mollerô ,Isagog. ad Hist. Chersonesi Cimbricæ, part. 1. c. 3. §. 11, p. 26, ubi ait: Nos miseram Lingvæ Cimbrorum ac Saxonum Heroæ sortem deploramus, quæ cum omnium Germaniæ dialectorum vetustissima sit, gravissima & incorruptissima, imò palmam etiam Elegantiæ cæteris reddat dubiam, idiomatici tamen Musnico, sibilis suis & blanditiarum parùm virilium lenociniis in animos se nostratium insinuanti, posthabetur, Templique ac Curia, imò ipsis penè domibus exulat. Idem sæpius indignabundi duo, totidem celeberrimarum hujus tractûs Rerumpublicarum cives literati, secum reputantes, disquirere cœperunt, annon vernacula nostra Lingva Saxonica, (quæ futilis admodum, &, si non rustica planè, tamen ludicra vulgò hodie habetur) ad exprimendos animi conceptus de rebus seriis æquè apta sit, ac aliæ Lingvæ? Alter itaque Amicorum istorum (qui severiora Fori negotia haud rarò blandioribus Phœbi studiis temperat) hoc tentaturus, speciminis locò sequens Carmen vernaculum, ad paradoxa Dn. de Fontenelle Colloquia, sur la pluralité des Mondes, alludens, composuit.

Sonnet.

Wo kumt dijn Hochmoete her / armseel'ge Wandersmann?
 Du wadest dôrch den Schlamm der Jammer-vullen Erden/
 Un schmeichelst dij darbij mit diijnen Wind-Geleerden /
 Dat siel im Heven nichts ver dij verstellen kan.

Seg Klöckling/ seg/ wovôr süßstu de Steren an?
 Du meenst/ van Anfang her dat se im lopen keerden/
 As wenn se siel im dij un diijnen Erdball keerden/
 Hatt keen geschapen Warck as du man good darvan.

O Nachts-Uhl/ weg van hier! dijn' Ogen scheelt un pfleret/
 All wat du süßst/. dat is im Schummern ohne Licht;
 Versteet/ wo du dij süßst wult kennen/ dijn Gesicht/
 Un make d' Ogen up / de den Verstande uchleret/

So warstu sehn/ en Stern/ de siel so kleen vörstellt/
 Is ene heele Sinn/ noch mehr/ en' heele Welt.



NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Septembr. M DC XCVIII.

ROSTOCHII

Johannes Fechtius, SS. Theol. D. & Prof. P. Tractatus sui, jam an. 1691. coepti, de *Origine & superstitione Missarum, in honorem Sanctorum celebratarum*, (qui imprimis Iacobo Benigno Bosueto & Iohanni Dez opponitur) Disputationem octavam, de *Sacrificio in honorem Sanctorum celebrato*, d. 27. Iulii habuit, Respondente M. Georgio Voito, Marchico-Brisgojo. (4 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.) Præcedentium Disputationum I. egit de *Nomine Musæ in honorem Sanctorum celebratæ*, Resp. Ioh. Andreâ Helyvigiô, Berolino-March. 1691. II. De *Musâ Sanctus celebratâ*, Resp. Mich. Lokelvitiz, Rostoch. 1691. III. De *Communione actuum cultus religiosi externorum inter Deum & Creaturas*, Resp. Christoph. Lesche, Wismar. 1692. IV. De *Oblatione veterum pro Sanctis*, Resp. Timotheo Lütkemanno, Malchin. Mecklenb. 1692. V. De *Sacrificiis ad memorias Sanctorum celebratis*, Resp. Engelhardo Zandtio, Emmendingâ-Brisgojo. 1694. VI. De *Sacrificiis pro commemoratione Sanctorum celebratis*, Resp. Laurent. Frider. Gutzmer, Raceb. Mecklenb. 1697. VII. De *Sacrificio pro invocatione Sanctorum celebrato*, Resp. M. Christophoro Henritzky, Pragâ Bohemo. 1697. Absolutâ tractatione Historicâ, nonnullæ Disputationes, examen ipsius dogmatis Pontificii complectentes, sequuntur. Reliquorum Cl. D. Fechtii scriptorum & Disputationum Syllabus hic est;

Oraculi Esaiiani c. LIII. Expositio Philologico-Theologica, in quâ & sensus totius capitis & fidei nostræ articuli, in prius Satisfactio Christi, asseritur & vindicatur. Argentorati, 1662. (14. plag. in 4.)

De *Ecclesiâ Iudaicâ* disquisitio, in quâ facies Ecclesiæ, qualis hodie est, & Historia per omnium sæculorum ætatem, & Parallelismus cum Ecclesiis, Papæ, Calvinianâ & Syncreticâ breviter exhibetur,

tur. Cum præfatione D. Ioh. Conr. Danhaueri. Argentor. 1662. (13. plag. in 4.)

Exercitatio Historico-Theologica de Origene & Origenianis, Præfide D. Ioh. Meisnero Wittebergæ habita 1665. (12. plag. in 4.)

Noctes Christianæ, seu Exercitationum varii argumenti Tomus, in quo cum alia multa, tum Fr. Vavassoris tractatus, de Formâ Christi cum in his terris viveret, & quæstio, an possibilem esse carnis resurrectionem ex ratione innotescat? expenditur. Durlaci, 1677. (3. Alphab. in 8.)

Historia Ecclesiastica sæculi à nato Christo XVI. Supplementum, plurimorum & celeberrimorum ex illo ævo Theologorum Epistolis, ad Ioannem, Erasmus & Philippum Marbachios antehac scriptis, nunc verò ex Bibliothecâ Marbachianâ primùm depromptis, constans. Divisum in II. libros. Ad illustrandas plerasque ejus ætatis in Ecclesiâ puriore historias. Vnâ cum Apparatu, ad totum opus necessario, & Tabulis Chronologico-Historicis editum. Francof. & Spiræ, 1684. (8. Alphab. in 4.)

Schediasmata sacra, seu Exercitationum singularium liber. In quo præcipuè argumentum, utrum actu resurrectionem aliquam futuram esse, è ratione innotescat? & materia de Moralitate & Libertate Sabbathi hebdomadalis, excutitur. Francof. & Spiræ, 1688. (3. Alphab. in 8.)

Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum, in primis malas, concernit. In quâ quæstio, an peccaturi sint Damnati? expenditur. Durlaci, 1680. (1½. Alphab. in 4.)

Specimen Analyseos Logicæ, circa eruendos ex S. Literarum testimoniis fidei articulos, exemplo controversarum quarundam circa principium Theologiæ propositionum ostensæ. Duplici Disputatione constans, Resp. Antonio Heilbronnero, Durlac. & Ioh. Conrado Sandmann Durl. 1676. (8. plag. in 4.)

Kurzes Bedencken über Matthæi Prætorii jüngsthin herausgegebene Tubam Pacis, oder Theologischen Discurs von Beieinignung der Röm. und Protest. Kirchen. Auf Vergehren einer hohen Standesperson von einem Evangelischen Theologo aufgesetzt/ und auf eillicher Verlangen von einem des auff die Göttl. Wahrheit gegründeten Friedens Liebhabern zum öffentl. Druck befördert. 1686. (5. plag. in 4.)

De

De Ecclesiasticæ Saculi à nato Christo decimi sexti historia uberrate & fructu ex eadem capiendo commentatiuncula. Rostochii, 1690. (13. plag. in 4.) Adjunguntur Tabulæ Chronologicæ uberiorēs in illud sæculum.

Disputatio Circularis de Sacrificio Mūsæ repræsentativo, Resp. *Ioh. Andr. Hildebrand,* Pomer. 1691. (1½. plag.)

Disp. de Nobilitate Studii Theologici, Auc̃t. & Resp. *Alberto Ioach. Krakeritz,* Eqv. Megapol. 1692. (6. plag.)

Disp. in Epist. ad Titum, in qvâ idea veri Ecclesiæ Ministri repræsentatur. Resp. *Ioh. Henr. Wiltbagen,* Slesv. 1692. (8. plag.)

Disp. de Fructibus Iustitiæ, in laudem & gloriam Dei factis, Auc̃t. & Resp. *Ioh. Crameró,* Bilefeld. Westph. 1692. (3. plag.)

Disp. de Generatione Filii Dei, ex Ps. II, 7. Auc̃t. & Resp. *Zacharia Grapio,* Rost. 1694. (8. plag.)

Disp. Inaug. de Arcanorum Divinorum cum Prophetis Dei servis communicatione, & inde extante in Ecclesiâ Buccinâ Propheticâ, ad illustrer. Amosi locum c. III, 6. 7. 8. Auc̃t. & Resp. *D. Samuele Starckio,* Pyriziâ-Pomer. tum Præpositô Neo-Cald. postea Theol. D. & Professore Rostoch. 1693. (10. plag. in 4.)

Disp. Inaug. de Chiliasmo subtili, Auc̃t. & Resp. *M. Godofredo Vveisso,* L. Gr. Rostoch. Prof. & postea Superint. Luneburg. 1693. (8. plag.)

Historia Colloqvii Emmendingensis, inter Pontificios & Lutheranos anno superioris sæculi XC. instituti, ex genuinis documentis adornata, cui subijcitur Protocollum, ex autographo Archivi Durlacensis nunc primum cum necessariis annotationibus editum, argumentum de Ecclesiâ ante Lutherum exhibens, & Conclusio, à Rom. parte facta & Protocollo adjecta. Qvæ dum refellitur, simul *Iohannes Pappus*, gravissimus Lutheranorum Theologus, à calumniis *Ioannis Pistorii* vindicatur. Deniqve *Iacobum*, Marchionem Badensem, Colloqvii auctorem, immeritò post illud mutasse religionem demonstratur. Rost. 1694. 2½. Alphab.)

Disp. De Restauratione Regni Israël ad Act. I, 6. Auc̃t. & Resp. *Nicolao Nüchter,* Gedan. 1694. (4. plag.)

Theses ex universâ Theologiâ Biblicâ, Resp. *Matth. Henrico Burchardó,* Hofi. Polemicâ, Resp. *Ioh. VVilhelmo Strickero,* Gustrov. Mo-

rali, Resp. *Carolo Arndio*, Gufr. & *Patristicâ*, Resp. *Alberto Veielio*, Ulmenſi, ſelectæ. 1695. (24. plag.)

Disp. de *Idolo Michæ*, ex Iudic. 17. & 18. Auſt. & Resp. *Alberto Veielio*, Ulmenſi. 1695. (4. plag.)

Disp. Inaug. *Theologiam Chriſtianam*, dogmatico-theſicam, in unica definitione, ad naturalem, qvò ſinguli Chriſtianæ Religionis articuli in Syſtemate Theologico cohærent, ordinem declarandum, ſciagraphicè adumbrans. Auſt. & Resp. *M. Io. Gottlieb Mollero*, Gedan. Gr. L. Roſt. Prof. 1696. (7. plag.)

Disp. *S. Pauli Epistoła ad Philemonem*, in qva Chriſtianæ charitatis erga proximum exercendæ idea repræſentatur, exegeticam expositionem complectens. Auſt. & Resp. *M. Frider. Lucio*, Dresd. 1696. (5. plag.)

Disp. *D. Iudæ Epistoła Catholica*, in qvâ certaminis fidei adverſus impietatem idea repræſentatur, ſimulqve recentissimorum ſcriptorum circa interpretationem Epistołæ errores deteguntur & confutantur, exegeticam expositionem complectens. Auſt. & Resp. *Matthiâ Henr. Burchardô*, Holſt. 1696. (9. plag.)

Disp. de *Hierarchiâ celeſtiâ*, Auſt. & Resp. *Nicolâ Norby*, Ol. F. Gothland. Sveco. 1696. (2. plag.)

Disp. de *Ordine modôqve Gratiæ divinæ in Conversione hominis occupatæ* aphorismos Theologicos complectens. Resp. *Ioh. Frider. Eichfeld*, Cellâ Luneb. 1697. (7. plag.)

Disp. *Sanctam Apocalypſin* & Auſtoritate Canonicam & præcipuè ad Auſtorem Iohannem Evægelistam & Apoſtolum indubitato referendam eſſe, rationibus hiſtoricis invictis probans. Præſide & Auſt. *M. Guſtavo Schrödero*, Guſtrov. & Resp. *Ioachimo Sœſ*, Hamb. 1697. (4. plag.)

Disp. Inaug. pro Baccalaureatu, *Controverſias* quasdam recentiores de *Verſione B. Lutheri Germanicâ* examinans. Auſt. & Resp. *M. Zachariâ Grapiô*, Roſt. 1697. (5. plag.)

Disp. de *Statu Infantum Gentilium*, cum in infantiâ decedunt, Auſt. & Resp. *Iac. Henrico Zernecke*, Thorun. Boruſſo. 1697. (8. plag.)

Iohannes Petrus Grünberg, Phil. & SS. Theol. D. huiusqve Prof. P. O. ac Tractûs Mecklenburgici Superintendens, pridie Calend.

Iend. Aug. Programma publicavit, quò Studiosos Theologiæ & facrarum literarum, ad *primitias Lektionum publicarum*, iplis Calendis Augusti ex *Novò Testamentò* habendarum invitavit. (1. plag. in 4.)

M. Iacobus Schröder, Anclamenfis, Respondente *Iusto Francisco Müller* / Rostoch. (D. *Bernhardi Müllers* Ecclesiastæ Mariani, filio) d. 4. Augusti de iis, *quæ in problemate Hallensi: An Hæresis sit crimen? sanam Philosophiam ledere videantur*, Theses suas & observationes proposuit. (2½. plag. in 4.) Opposita est hæc disputatio dissertationi Iuridicæ, quam Præside D. *Christiano Thomasio*, Consil. El. Brand. & Prof. P. in Academia Fridericianâ sive Hallensi, d. 14. Iul. an. 1697. defendit *Ioh. Christoph. Rühr* / Advoc. Duc. Sax. Salteld. &c.

Iohannes Klein / I. V. D. & Pandect. Prof. P. nec non Director Consistorii Mecklenb. & Academiæ Rector, d. 14. Aug. *Programma* edidit, quò *Iohanni Gottlieb Möllero*, SS. Theol. Doctori, & in Academiâ Rostochienfi primum Græcæ Lingvæ, deinde verò in Athenæo patriò Gedanensi Philosophiæ primæ & Practicæ Professore, ac Reip. Bibliothecario, die 11. Iulii (ceu mense præcedenti p. 128. diximus) vivis erepto, parentavit, & Cives Academicos ad memoriam ipsius recolendam atqve custodiendam invitavit (4. plag. in 4.)

Die 20. Augusti *Carolus Ernestus L. B. à Schwan*, sub ejusdem D. *Ioh. Kleinii* præsidio Disputationem *primam* Iuridicam, *Annotationes Theoretico-practicas ad W. A. Lauterbachii Compendium Digestorum, & in specie Historiam Iuris Civilis*, exhibentem, placido cruditorum examini subjecit. (3. plag. in 4.) Vid. præced. mens. Aug. p. 127.

Die 26. Aug. *Andreas Daniel Habichhorst*, SS. Th. D. ejusdemque PP. & Seren. Duc. Mecklenb. Consiliarius Consistorialis, Collegiique Profess. Ducal. & Fac. Theol. Senior. telam, quam pridem orsus fuit, pertexusus, denuò disputationem Patriistico-Theologicam, & quidem ad Augustanæ Confessionis Artic. 1. Abusum, de *Ultrâque Specie in S. Cænâ*, ex ipsius Juris Canonici monumentis passim latitantibus, contraque Papatum proprio Canonum gladio jugulandum fortiter militantibus, aliisque Canonistarum &

Pontificiorum testimoniis paullò planius comprobata pleniusque communità, publicæ collationi Academiæ stitit, Respondente *Georgio Friderico Stehens* / Rostochiensis, *M. Georgii Stehens* / Pastoris Petrini, filio, & *B. Ioh. Friderici Königs* / SS. Theol. D. ejusdemque in hac Academià olim Professoris, & Superintendentis Mecklenburgici, nepote. (3. plag. in 4.)

Sequenti die 27. Aug. Præside paullò antè memoratò *D. Iohanne Klein* / *Conradus Antonius Wolff* / Holsatus, *Christiani Wolff* / I. V. D. & in superioribus Ducatum Slesvici ac Holsatiæ Iudiciis Causarum Patroni, filius) disputavit *de Lege Vestiaria, ejusque Necessitate*, vulgò von nothwendiger Kleider-Ordnung. (6½. plag. in 4.)

STARGARDIAE

Gottseelig Jacobus Coiberg, I. V. D. & Dicastarii Electoralis in Orientali Pomeranià Advocatus, (de quo mens. Iun. p. 10. & Apr. p. 54.) jam ultra lustrum meditatur *Doctam Pomeraniam*, Eruitorum gentis suæ Virorum Vitas exhibituram. Opus hoc secundum ordinem 4. Facultatum totidem partes habebit, iterumque singulæ partes tribus constabunt Classibus, quarum 1. Pomeranos, qui in patriâ docuerunt, 2. Exteros, qui Pomeranos erudierunt, 3. Pomeranos, qui extra natale solum claruerunt, complectetur. At animus Auctori est, hunc laborem non nisi probè perpolitum publici juris facere, quapropter omnes & singulos hæc lecturos invitat atque obtestatur, ut sibi operique suo faveant, & illud quovis modò pomovere benevolè dignentur.

THORVNI

M. Georgius Wendius, Gymnasii Thorunienfis Rector, post ventilatam d. 13. Martii hujus anni diatribam priorem de 4. *Imperatorum Romanorum Nummis, in memoriam Victoriae de Sarmatis olim reportatae cuspis*, (quam mense Majo, p. 76. recensuimus) die 14. Maji diatribam posteriorem hujus argumenti publice proposuit, Respondente *Ioh. Christiano Bergho* / Silesiò, & Symbolam suam conferentibus *Ephraimò Popradiò*, *Iohanne Beicheliò*, & *Stephanò Füzessery*, Hungaris. (½. plag. in 4.) Interim quoque die

24. Aprilis auctoritate Magistratûs Thoruniensis *Actum Scenicum* instituit, qvò, in honorem AVGVSTI II. Poloniæ Regis, Promotio *Henrici Aucupis* Saxonix Ducis ad summum Imperatoriæ dignitatis gradum fuit exhibita. Hunc Schema aliud *Dramaticum* præcessit, qvò, ipsò Soteriorum Christianorum die, *Iudex Christi iudicatus*, id est, Pontius Pilatus (juxta *Svidæ relationem*) ab Imp. Cl. Tiberio pro Tribunali olim publicè damnatus, in Gymnasii Thoruniensis atrio horis vespertinis præsentatus est.

Idem G. VVendius accuratam illustri Franconico-Silesiæ Gentis de *Bibran* genealogiam concinnaturus, omnes eos, qvi notitiam aliquam hujus familiæ habent, decenter implorat, ut qvavis eò spectantia secum communicare, ac Vratislaviam ad *Tobiam Hahn* transmittere dignentur.

Samuel Schönwald Verbi divini Minister in den Thornischē Niedrigung-Dorffschaften bey der Kirchen zu Gurske/ *Meditationes sacras vernaculas in Evangelia, à Festo Circumcisionis Christi usq. ad Dominicam Palmarum*, edidit, hóc titulò: *Neu-Jahrs-Freude oder Andachten/ auff die heilige Neu-Jahrs-Zeit gerichtet/ und dem neugebohrnen Jesulein zu Ehren verfertiget.* (9½. plag. in 4.) item *Fasten-Gedanken/ oder Andachten/ auff die 5. Sonntage in der Fasten/von Reminiscere biß Palmarum gerichtet/ und dem leybenden Heylande zu Ehren verfertiget.* (8. plag. in 4.)

REGIOMONTI

Die 24. Julii Præside *Johanne Amsel*/ I. V. D. & Prof. P. nec non supremorum in Borussia Iudiciorum Advocato, *Henricus Christianus Wulst*/ Lubecensis, *Rationabilitatem Canonis iuris Lubecensis: Hand muß Hand wahren/ publicæ dubitantium disquisitioni* subjecit. (4. plag. in 4.)

Die 31. Julii *Bernhardus von Sanden* / Sen. SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Concionator Aulicus Primarius, Consistorii Sambienſis Assessor, Facultatis Theol. Senior & h. t. Decanus, Theologiæ Positivæ brevibus lineis adornatæ Disputationem *nonam* (Sectionis secundæ caput quartum exhibentem) de *Sacramento Ba-*
ptismi,

ptismi, habuit, Respondente *Georgio Heinricho Huben/Luchoviensi* Luneburgico. (2 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.)

Ejusdem *D. Bernhadi von Sanden* funebris concio, in obitum Viri Illustris, *Ioh. Ernesti de Wallenrodt*, Provinciæ Magistri, &c. super Daniel. c. XII. v. 13. hōc annō prodiit, cujus thema est: *Abchrift und Anweisung von Gott gegeben dem H. Propheten Daniel zur seligen Ruhe und Auferstehung in seinem Theil.* (25. plag. in fol.) Additum est vitæ curriculum per *M. Mich. Schreiber*, Eloqv. Prof. P. (7. plag. in fol.) Fuerat autem laudatus Vir Illustris quatuor Electorum Minister, & ab an. 1659. Prusiæ Magister Provincialis, beatè mortuus 1697. d. 21. Martii, ætatis anno 77. cui successit quartus Regiminis Electoralis Minister, *Otto Wilhelmus à Perband*, Supremus hactenus Mareschallus, Toparcha in *Liffen/Dauen/Orescheinen*/ &c.

Idem Theologus unō ferè tempore tres *Adversarios* nactus est, nimirum *Ananiam Meyer*/ Sacerdotem Pontificium, *M. Ioh. Ernestum Graben*/ Discipulum, & *Christianum Helwich*. Phil. & Med. Doctorem, generum Apostata *D. Ioh. Philippi Pfeifferi*, Professoris olim Græcæ L. & Theol. extraordinarii. Nam cum edidisset Concionem de *falsis Prophetis Papatûs*, opposuit *Ananias Meyer*/ Rom. Eccles. Presbyter, scriptum, cui titulus: *Das Sande gründte Luthertum/ das ist/ ein klarer Beweis/ daß das Luthertum nicht auff dem Fels/ davon der Eckstein Christus/ und worauff die H. Catholische Kirche ist gegründet/ sondern auff den Sand des Verderbens gebauet und aufgeführt sey/ und daß dero Lehrer die Göttliche Wahrheit verfälschen/ und sie falsche Propheten seyn.* Olivæ, 1695. (13 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.) Cumque idem Theologus Regiomontanus publicasset Specimen Refutationis, h. tit. *Entwurf der Wiederlegung/ welche dem so genandten Sand-gründigen Luthertum des Anania Meyers künstlich soll entgegen gesetzt werden/* (2. plag. in 4.) prodiit mox scripto suō *Christianus Helwich*/ cui titulum dedit: *Schreiben/ in welchem der Entwurf der vermeinten Wiederlegung des Sandgründigen Luthertums D. B. von Sanden/ &c. betrachtet wird.* 1696. (16. plag. in 4.) Plenior autem Refutatio memorati Theologi pro-

prodit superiori anno, hóc tituló: **Das feste Sand-Ufer der Evangelischen Lutherischen Lehre / entgegen gesetzt denen tobenden / Rosth und Unflath auswerffenden Wellen des Ananie Meyers / in dessen so-angegebenem Sand-gründigen Lutherthum / in welchem er so wohl des D. von Sanden Warnungs-Predige vor den falschen Propheten des Pabstthums / als auch andere Lehren der Evangelischen Kirchen auff's grenzlichste gelästert hat ; zu vertheidung gedachter Predigt / und der Lehre der wahren Kirchen / und zu fernier Entdeckung des Pabstthums / sùrgesteller.** Nebst einer Vorrede von den Machiavellischen Proceduren des Pabstthums wider die Evangelische / (2. Alphab. 10. plag. in 4.) Idem hujus Apologiæ auctor cùm jussu Electoris Brandenburgici scriptum evulgasset, cui titulus: **Verantwortung der Dubiorum M. Ioh. Ern. Graben / in welchen die Evangelische Lutherische Kirche des Schismatis und einiger alten Regereyen beschuldiget wird: nebst einer Vorrede / in welcher de rectâ dubitandi ratione circa negotium Religionis gehandelt / und die Application auff den Dubitanten gemacht wird, Regiom. 1695. (4. Alphab. 1. plag. in 4.)** Vid. *Act. Erudit.* Lipsiens. An. 1696. Iul. p. 317. Oppositus ejus discipulus & commensalis, *M. Ioh. Ernestus Grabe*, filius Professoris olim Extraord. Theol. & Bibliothecarii Electoralis, sequens scriptum: **Abgenöthigte Ehren-Rettung / wider die falschen Auflagen / welche demselben wegen seiner / auff Befehl des Preuß. Samländischen Consistorii sùrgestellerten Religions-Dubiorum, Hn. Bernhardt von Sanden etc. in der Vorrede seiner Beantwortung unverantwortlicher weise beygemessen ; nebst einem Anhang / in welchem sùrglich / doch gründ- und deutlich erwiesen ist / daß gedachten Hn. von Sanden Antwort / insonderheit auff das erste argument von der Trennung / ungegründet und nichtig sey / und er dasselbe gar nicht / seiner Meinung nach / aufgelöset / sondern sich vielmehr selbst / durch unauslöschliche contradictiones / verstricket habe. 1696. (19 $\frac{1}{2}$ plag. in 4.)**

Surrexit etiam hóc annó 1698. contra eum & Collegas, dictus D. *Christianus Helwich* sequenti scriptó, qvò Regiomontanos Theologos alios ad Papisticam Ecclesiam manuduxisse, probare nititur. Titulus ità habet: *Manuductio Regiomontanorum Theologiæ Professorum ad Catholicam Ecclesiam, ex variis ipsorum scriptis adornata, studio*

& labore Christiani Helwitsch / Ph. & Med. D. ac Acad. Nat. Curios. Leopold. Socii. Cum Licentia Ordinarii. Glacii, typis Andreae Franc. Pega, 1698. (14 $\frac{1}{2}$. plag. in 12.) Tractatus hujus Cap. 1. demonstrat, veram Christi Ecclesiam esse Catholicam. Cap. 2. ostendit, quod Catholicam Ecclesiam Catholici, Lutherani & Reformati cœtus simul non constituent. Cap. 3. agit de principiis domesticis & genuinis Theologiæ. Cap. 4. continet Hæreses Protestantium, inprimis Lutheranorum, contra Symbolum Apostolicum. Cap. 5. Hæreses Lutheranorum enumerat in Theologiâ Morali. Cap. 6. deregat Hæreses Lutheranorum in Theologiâ Mystagogicâ, ex mente Regiomontanorum. Cap. 7. agit de Hæresibus Lutheranorum, Ecclesiæ sanctionibus è diametro adversantibus, quas Regiomontani iisdem objecerunt. Cap. 8. de Hæresi Lutheranorum contra principia Theologiæ, cum observationibus quibusdam. Cap. 9. continet Apologiam Regiomontanorum Professorum pro S. Ecclesiâ Romanâ. Cap. 10. & ult. demonstrat, cœtus Protestantium non esse veram Ecclesiam; hanc verò esse Romanam, eamque esse Catholicam, infallibilem, & extra illam non esse salutem. Quod scriptum, cum famam rodat totius Facultatis Theologiæ in Academiâ Regiomontanâ Professores ac Doctores ejusdem procul dubio illud refutabunt, & Orthodoxiam suam Ecclesiæ Lutheranae demonstrabunt.

Typis quoque excusum est mense Iuliò Carmen, quod encomium Elbingæ continet, versibus hexametris concinnatum, hoc titulo: *Illustris Elbingæ Topographia, non stylò Mathematicò sed calamò Poeticò, non in aeneâ vel marmoreâ tabulâ, sed in animò gratò & magnorum beneficiorum probè memori, delineata, & in conspectum universi orbis liberati producta, à Joh. Nagelio, Gilgenb. Prusio, S. Th. & Phil. Stud. 1698. (2. plag. in 4.)*

Die 2 $\frac{2}{3}$. Augusti M. Fridericus Seubertich / Regiomontanus, Respondente Johanne Ludolfo Lock, Regiom. disputavit de *Causis stillicidii Sanguinis in cadavere violenter occisorum, presente homicidâ, conspicui*. (2. plag. in 4.) Hæc disputatione inter alia exemplum allegatur, quod in pagò Prusiciæ Kudau an. 1615. Dom. Reminiscere, d. 15. Mart. st. n. contigit, ubi juvene 15. annorum, Lazarò Blöhmte / ad S. Synaxin accedente, Vinum consecratum subito

tò sanguine tinctum fuit, qui ex inferiori parte calicis profilit.

Die $\frac{25}{15}$. Augusti Præfide M. Paulo Rabe, Græcæ L. Prof. P. & h. t. Academiæ Rectore, Disputatio prior de *Naturâ & Constitutione Analytica* habita fuit, Respondente Godofredo von Sanden, Regiomontanò, Primarii Theol. Professoris filiò natu minimò. (3. plag. in 4.) Hujus Disp. Cap. 1. agit de fine Analyticæ. Cap. 2. de Instrumentis ejusdem. Cap. 3. de Objectò seu materiâ circa quam. Cap. 4. de genere & officio Analyticæ.

Eòdem Præfide, sequenti die $\frac{26}{16}$. Aug. Georgius Fridericus Seegers, Regiomontanus, disputavit de Canone Politicò: *Omnis homo naturâ est animal politicum*. (3. plag. in 4.)

Die $\frac{28}{18}$. Augusti Christophorus Cunrad, Med. D. pro receptione in Facultatem Medicam disputavit de *Colicâ flatulenta*, Respondente Daniele Philippò Vasmerò, Minda-Westphalò, egitque Cap. 1. de Flatibus in genere, quasnam scilicet pervagentur partes, quosve producant morbos ac symptomata. Cap. 2. de Origine Colicæ flatulentæ. Cap. 3. de Signis, & Cap. 4. de medendi methodo, ac remediis è triplici fonte desumptis (3. plag. in 4.) Natus est hujus Disputationis Præses Regiomonti, an. 1671. d. 18. Jul. Patre Christophoro Cunrad, Mercatore, ac Templi Cathedralis Curatore, adhuc superstiti; Avique Caspario Cunradi, Ph. & Med. D. ac Physici Ord. Wratislaviensis, nec non Proavi Christophori Rumbaumii, itidem Ph. & Med. D. vestigiis insilens, primùm in Academiâ patriâ, deinde verò Lugdunensi Batav. Asclepiadeo studio se totum tradidit, ubi etiam laurum Doctoralem è manibus Celeb. Lugdunensium Botanici D. Hottonii accepit, præviâ Disputatione Inaugurali, de *Respiratione*, quâ tribus Capitibus 1. Naturam & instrumenta Respirationis, 2. Modum, & 3. Usus, consideravit. (5 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.) His peractis, institutò per provincias utriusque Belgii, Germaniam, Daniamque itinere, circa finem superioris anni 1697. in patriam rediit.

DORPATI

Acidularum Dorpatensium compendiosum quidem at satis curiosum examen nuper instituit Matthias Schraderus, Physicus

sicus apud Pernavienſes ordinarius. Vitrum ſatis ſpatioſum aquâ hacce minerali implevit, cui gallæ granum unum immiſit, ex quo in tincturam exaltabatur purpuream; cujus cum niteretur præcipitationem, mediante Spiritu Salis Armoniæ urinoſo, priorem diaphanitatem cryſtallo æmulam reſumere noluit, turbidâ manente niſturâ, unde de contentò *Sulphure ſubtili* non dubitat. Ex inſiſſatò Spiritu Vitrioli priſtinam induebat tunicam violaceam, at primæ purpuræ multum cedentem, quod *Sulphuri coagulato* tribuit. Ampullam optimè clauſam ſecum deduxit ad prædium Generoſi Dn. Præſidis de Platern, ſub cujus iuriſdictione in diſtrictu Dorpatenſi ſcaturigo eſt, ubi accuratius examen inſtituere decrevit; at vix umbram virtutis nativæ, quam juxta ſcatebram obſervaverat, deprehendit, cum ex injectione gallæ ſubrubicundam vix aſſumeret tincturam; unde *acidum ſubtile ſulphuri ſubtili junctum* arguit, opinionem ſuam Curioſorum accuratori examini modeſtè ſubmittens. Duos abhinc vel tres paſſus numerat, ubi alia propullulat lymphæ, cui ſi libram gallæ immitteres, faciem tamen antiquam retinet. Ad latus fontis montem elevationem abietibus conſertum obſervat, in cujus ferè mediò, ex cavernâ quâdam, dulcem quidem, at palato ingratam aquam propullulare memorat.

LONDINI in SCANIA

Calendis Julii *Andreas Riddermarck*, Mathef. Prof. P. Ord. de *Vacuò verò & ſictò* diſputavit, abſoluturus etiam diſputando, quæ incœpit, *Elementa Geometrica & Sphærica*. Idem quoque die 26. Julii, horâ ante meridiem nonâ, ope tubi optici *duas maculas in Sole* obſervavit.

Præſens Academiæ hujus Londinenſis ſive Carolinæ facies hæc eſt: Cancellarii munus gerit Illuſtriſſimus Comes, *Nicolaus Gyldeſtolp*; Procancellarii autem officiò fungitur *Matthias Stenchiuſ*, Scaniæ Blekingiæque Epicoſus. Theologiæ primarius Profeſſor eſt *Ionaſ Linneriuſ*, (40. & quod excurrit, annorum vir) in Nordlandiâ natus, qui abſolutis Vptaliæ ſtudiis Academicis Germaniam & Angliam perluftravit. Hunc excipit *Iohan-*

nes Poppelmann, (inter 40. & 50. ætatis annum constitutus) Gothenburgi in hanc lucem editus, ubi etiam, postquam Londini & Wittebergæ literis incubuit, Lector Logices & Physices extitit. Sed hōc officiō relicto Germaniam petiit, indeque ad Professorium munus fuit revocatus. Tertius inter Theologos est *Thomas Thre* (vir 40. circiter annorum) ex Insulā Gothlandiā oriundus, qvi Hafniæ & Vpsaliæ literis operam dedit, ac visā Germaniā Galliāque, Professor extraordinarius Vpsaliensis olim fuit. E Jurisconsultis primas tenet *Iohannes Lundersteen*, Iuris Naturæ & Gentium, nec non Moralium Professor, (50. annos habens) qvi Gothenburgi natus, studia Vpsaliæ & Londini cæpta in Germaniā continuavit. Hunc sequitur *Richardus Ehrenborg*, natione Scanus (inter 40. & 50. ætatis annum) qvi præter Academiam patriam studiorum causā Angliam petiit. In Medicā Facultate *Eraemo Sackenschild* (de quō præced. mense Iulio, p. III.) successeit *Iacobus Fridericus Below*, Holmiensis, (inter 30. & 40. ætatis annum) ex Academiā Dorpatensi huc vocatus (ceu mense præc. p. 110. diximus.) Philosophos inter *Andreas Stobæus*, natione Scanus, (inter 50. & 60. ætatis ann.) Hafniæ & Rostochii literis imbutus, & olim Scholæ Christianopolitanz Rector, Historiarum & Poëseos Professor est. Mathesin docet *Andreas Kiddermarck*, (vir 40. annorum) Jenecopingæ in Smalandiā natus, ac Londini, Ienæ, Lipsiæ, Wittebergæ, Gießæ, Haſiorum, & Lugduni Batavorum literis innutritus; qvi præterea Germaniam, Italiam, Galliam, Angliam & Belgium permeavit, nec non Vpsaliæ Professor extraordinarius extitit. Lingvarum sanctarum Professor est *Haquinus Stridsberg*, ante 40. annos haud procul ab Holmiā natus, qvi Vpsaliæ studia excoluit. Eloquentiam proficitur *Jonas Hörling*, Logicam verō & Metaphysicam *Erlandus Lagerlöf*, (vir 40. circiter annorum) è Wermelandiā oriundus, qvi Vpsaliæ literis operam dedit, & Galliam ac Germaniam visitavit. Chronologiæ denique sacræ, & Historiæ Ecclesiasticæ Professor extraordinarius est *Iohannes Winslow*, ante 50. annos Londini Scanorum natus, & Hafniæ ac Rostochii literis imbutus, qvi simul in Consistorio Ecclesiasticō Notarii genere fungitur.

Ex NORVEGIA

Amplissimum Norvegiæ Regnum *Argenti* ferax esse, nemo est qui ignoret. Testantur id præter alia, tot Nummi unciales argentei, Thaleri vulgò sive Imperiales in Germaniâ dicti, qui CHRISTIANI V. Regis auctoritate ex metallò Norvegicò cusi, originis suæ memoriam in exteriori limbò sive orâ conservant. In nonnullis enim legas: HAEC BOREAS CYMBRO FERT ORNAMENTA LABORVM. In aliis: SAADAN NORDENS SKAT GUD GIEMPTTE TIL KONG CHRISTIAN DEND FEMTE. In aliis: DET KLIPPERNE YDER VOR BERGMAND UDBRYDER, HVAD HYTTEN DA GYDER AF MYNTEN VI NYDER. In aliis denique: DANNER KONGIS NORSKE FIELDE SLIGE FRYCTER HAR I VÆLDE, &c. Attamen in Norvegiâ quoque *Auri* venas reperiri, adeoque amicum illud Soli metallum in ultimò etiam & frigidissimò Septentrione nasci, uti hactenus paucis cognitum, itâ Historiæ Naturalis studiosis fortè non injucundum perceptu fuerit. Sciant autem isti, superiori anno 1697. Calendis Decembris, ex argenti-fodinis *Kongsbergensibus* in Norvegiâ venam Auri protractam fuisse, quæ (in rei memoriam) Nummis aureis, *Ducatis* vulgò, Hungaricis valore paribus, signandis inserviiit. Alterò nummorum horum latere moderni Regis effigies extat, his circumscripta literis: CHRISTIAN. V. D. G. REX. DAN. NOR. V. G. Alteri autem, seu aversæ parti hæc verba impressa sunt: *Hiob. 37, 22. VON MITTERNACHT KOMT GOLD* (h. e. *Ab Aquilone aurum venit*) KÖNIGSBERG am 1. Dec. 1697.



Pari modò jam CHRISTIANI IV. ætate, anno scilicet 1647. fodinæ Norvegiæ Aurum produxerunt; quod cum exteris mirum videretur, Rex iste itidem ex Aurò illò Norvegicò Nummos cudi curavit,

vit, vulgò *Brillen-Ducaten* dictos, eò quod *perspicillum* in iis signatum fuerit, additâ inscriptione: VIDE. MIRA. DOMI.

HAFNIAE

Sub initium mensis Augusti hinc discescit & Viennam petiit *M. Iohannes Iacobus Langjabr*, Durlacensis, ut Legationi Danicæ à concionibus & confessionibus sacris esset, in locum *N. Gæsterveinii*, per tres annos ibi commorati, succedens. Is circa abitum evulgavit tractatum de *Aqvis supra-cœlestibus*, hòc titulò:

Lympha supra-cœlestis, sive brevis commentatio oraculi Mo-
saici Gen. I, 6. 7. 8. ex quo stellatum supra cœlum

veras dari aquas, contendit, evicitque

M. Ioh. Iacob. Langjabrius,

Durlacens.

Impensis Ioh. Iusti Erythropili, Bibliop. Hafn. 1698. (9. plag. in 8.)

Hoc Schediasma in 16. capita dividitur; quorum 1. exhibet partitionem scripti, statum controversiæ, & varias sententias. 2. Lemmata quædam generalia, præsentî materiæ applicata. 3. examen dicti Gen. I, 6. 7. 8. juxta meram vocum interpretationem. 4. argumenta pro sententia affirmante. 5. humana suffragia pro ea. 6. refutationem eorum, qui aquas supra-cœlestes aliud quàm veram aquam esse; 7. qui Angelos esse dicunt. 8. Refutationem sententiæ Levi Gerfonidæ. 9. eorum, qui aquas superiores orbium cœlestium partem; 10. quiaërem; 11. & 12. qui nubes esse dicunt. 13. Confutationem sententiarum, quæ aquas superiores de veris quidem intelligunt aquas, sed non supra cœlum sitis. 14.-16. Everfionem argumentorum, quibus existentia aquarum supra-cœlestium negatur. *Ο'μοψηΦον* sibi habuit hic auctor, præter eos, quos ipse cap. 5. allegat, hæc loci non ità pridem *Nicolaum Petri Galthenium*, in dissertatione an. 1693. habita, (2^æ. plag. in 4.) cui tamen eòdem anno se opposuit *Iohannes Beenius*, & aquas supra-cœlestes negavit.

Die 10. Augusti *Christianus Lente*, (*Theodori* Cancellarii Regii filius) Eques Danebrog. Consiliarius Statûs, & Legatus ad Anglos & Belgas fœderatos Extraordinarius, in *Præfecturâ* Academiæ

miæ Illustris Regiæ & Equestris Hafniensis *Marco Giðe*, nuper (cœu mense Majo p. 80. diximus) defuncto, successit, & à Commissariis Regiis, ad hunc actum deputatis, solenniter fuit introductus.

Hector Gothofredus Masius, SS. Theol. D. & Professor P. Manuscriptum rarissimum, è Bibliothecâ Celeberrimi Polyhistoris *Marqvardi Gndii* acceptum, publici juris facturus est. Habet id auctorem *Herrmannum Zoest* de Monasterio, Professum in Monast. de Campo S. Mariæ, Cisterciensis Ordinis, actria opuscula continet, 1. de Ecclesiasticâ & Papali potestate. 2. de vocibus definitionis in Conciliis. 3. *Calendarium Hebraicum novum*; Quæ omnia, quantum constat, nondum publicâ luce donata fuerunt. Complectitur verò liber iste observationes plurimas, notatu dignissimas, & paslim invehitur in tyrannidem Papalem, Ecclesiæ non ferendam. Auctor illum absolvit an. 1438. adeoque integrò ferè ante Reformationem sæculò. B. *Gudius* autem codicem hunc ab Episcopò Paderbornensi, quod mireris, dono accepit, ignarò procul dubiò argumenti, Curiæ Romanæ adeò adversi.

B. *Iohannis Lassenii*, SS. Theol. D. ejusdemque in Academia Hafniensi Prof. P. nec non Ecclesiæ German. ad D. Petri Pastoris, & Assessoris Consistorii Regii, (qvi an. 1636. d. 26. Apr. Waldaviæ in Pomerania natus fuit, & Hafniæ an. 1692. d. 29. Aug. obiit) Opus posthumum, *Meditationes in Evangelia & Epistolas Dominicales* continens, typis Rostochiensibus exscriptum est, hòc titulò: *Heilige Moralien über die Evangelien und Episteln / wie die in den rechthgläubigen Evangelischen lutherischen Kirchen an Sonn- und Fest-Tagen verlesen werden / darin der H. Text überall von Wort zu Wort nach dem Sinn des H. Geistes deutlich erkläret, und zu heilsamen Gebrauch / lehre / Trost und Ermahnung / in der Kirche Gottes angewandt / in der Christl. Deutschen Gemeine zu St. Petri in Kopenhagen durch Beystand des H. Geistes öffentlich gelehret und geprediget von Iohanne Lassenio, weyland der H. Schrifte D. Prof. P. Consist. Assess. und Pastore daseibst.*

Rostock / gedruckt bey Joh. Weypling / der Acad. Buchdr.
1698. (3. Alphab. II. plag. in 4.)

Hoc opus aliqua ex parte à B. Auctore ipso, dum adhuc in vivis esset,

esset, cœptum & elaboratum est, post ejus mortem verò ab *Heinrico Gothofredo Masio*, S.S. Theol. D. & Prof. P. nec non Concionatore aulico, fuit continuatum. Cùm autem valetudo & labores istius non permetterent, ut telam hanc pertexeret, *Iohannes Trellunt*, Hafnia-Danus, Professor designatus, hoc oneris in se suscepit, & jam feliciter absolvit.

In gratiam eorum, qui Lingvæ Anglicæ addiscere cupiunt, sequens liber typographæo exiit: *Addresse til det Engelske Sprogsskønlæring/ forrettigen fremstillet af E. Nyborg. Kjøbenhavn / tryckt hos sal. Joh. Phil. Wøstenhoffers Efterleverske / Aar 1698. paa Christian Weergens Bøstosning / og findes hos hannem til kjøbs.* i. e. *Instructio ad Anglicam linguam legendam, breviter proposita ab E. Nyborg.* (4. plag. in 8°)

SLESVICI

Detblevi Cluveri Nova Infinitorum Scientia ; quæ (sepositis tam Veterum, quàm Recentiorum heterogeneis atque erroneis Methodis) genuina & maximè universalis de *Comprehensione Spatii Doctrina*, atque exactissima *dimetiendi Figuras Curvilineas ratio* clarissimè exponitur.

Quanta sit illa humanæ Rationis Perfectio, quæ abstrusissima Naturæ Adyta recludit, atque infinitam Dei Creatoris Sapientiam Mortalium oculis propius intuendam sistit, æquus rerum Censor facillè judicare poterit. Mysteriorum scilicet omnium, quæ Mundus complectitur, plena expositio, quæque totam Physicæ interpretatione non paucis absolvit verbis, percommode ad perpetuum illum *Congressum ac nexum Similium*, tùm *fugam & transformationem Dissimilium*, reducitur. Hinc illæ notissimæ *Amoris & Odii, Sympathiæ & Antipathiæ* affectiones, infallibili Sensuum experientiâ nunquam non comprobata, vacua planè forent nomina, nudamque incognitæ cujusdam Qualitatis notionem exhiberent, nisi illa, quæ in recessu foveant Arcana, plenius elucidarentur. Unde eos majori utique laude dignos arbitramur, qui spretis Philosophiæ vulgaris semitis, ad altiorem doctrinæ gradum, novam sibi & aliis parant viam. Auctor noster, duodecim abhinc annis, 1686. videlicet & 1687. in *Actu Eruditorum* Lipsiensibus præsertim in Monito ad

Geometras, mensi Octobri inserto, publicè jam dum indigitavit, Clavem totius Philosophiæ Naturalis è *Divinâ Spatii Analyti & Synthesi* esse repetendam. Integra namque Historia Creationis Mundi, secundum lumen rationis concinnata, sicuti ab Intelligentiis atque Ideis Mentis Divinæ suam fortitur originem ac veritatis fidem, ita ex earundem debitâ evolutione ac declaratione admiranda illa *τάξις* ac Coordinatio Potentiarum unicè perdiscenda venit, quæ tot innumerabiles figuras in Corporibus undique conspicuas exstruit, unde cuivis summum compositionis artificium, quo in minimo quoque Spatio efformando Natura utitur, ad stuporem usque mirari licet. Hanc nobilissimam Scientiæ Humanæ partem, vulgò *Geometriam* dictam, Auctor noster in suâ, quam parat, *Logisticâ* sive *Scientiâ Infiniti*, novis planè iisque maxime perspicuis Regulis comprehensam, copiosissime per varia dimensionum genera expositurus est, quarum perbreves easque præliminares tantum lineas ad evitandam prolixitatem (quam Chartæ nostræ angustia haud capit) hîc dare volumus. Doctissimi enim Viri ac vel maxime in pulvere Geometrico exercitati, harumque rerum avidi, ipsius novam demonstrandi methodum sæpius per literas non tam efflagitare, quam Jure quodam debiti, ob fidem promissi sæpius datam, ab ipso exigere visi sunt, in primis cum illa, quæ in prædictis *Actu* habentur, hucusque Geometris incognita, non nisi sub *Ænigmatum* formâ excusa crediderint; Fidem simul & nos quodammodò liberabimus, dum altero abhinc Mense, quædam ejus in Algebra & Geometria inventa publicanda in nos recepimus. Suam verò his de rebus mentem dum hîc profert Auctor, minimè odiosis altercationibus sese addicere, vel refutandis aliorum Opinionibus inharere voluit, quemvis enim suo faciliè abundare sensu permittit, modò si quæ minus exactè hîc declarata forsân quis invenerit, absque obtrectandi studio proferat, Auctoris uberiolem explicationem desuper præstolando. Separat enim & seponit hanc suam methodum à reliquis omnibus hæctenus usitatis ratiociniis, quibus tam Veteres quam Recentiores dimensionem Spatii aggressi fuere. Non poterit tamen, quin falsas ac lubricas illas suppositiones, quibus velut in erroris gurgitem quidam abrepti, ardua illa problemata de Geometri-

ricè quadrandis figuris Curvilincis, (præsertim Cyclicis ac Hyperbolicis) inter *ἀδύνατα* adhucdum reponenda, judicârunt, breviter saltem perstringat, causamqve subortæ difficultatis, ac fontem *ἀλογίας* detegat. Nullum enim ne vel minimum quidem suppositum vel postulatam, nisi evidenter cognitum, ac suâ naturâ liquidum, pro principio vel medio demonstrandi in rebus Geometricis & Arithmeticis adhibendum esse, quivis facillè largietur, cui maxima (ad evitandos paralogismos) quæ his in rebus attentio requiritur, unquam perspecta fuit. Rerum enim Essentiæ cum sint sicut Numeri, utiqve ob summum veritatis rigorem omnem errorculi labem respuunt. Quò proinde in iplo statim limine Autor illas amojatur objectiones, sibi jam dudum ab aliis factas, non est primò, quòd Auctoritas omnium & Veterum & Recentiorum Geometrarum novæ ipsius methodo, hic propositæ, obicem ponat. *Archimedis* eqvidem (Consanguinei illius Hieronis, Regis quondam Siciliae) acumen ac solertissimum indagandi studium quis non debitis extollat laudibus? quippe qui Machinis illis pyrobolicis, (quæ vulgò perperam pro Speculis ustorii venditantur) Romanos per triennium Syracusas obsidentes debellavit, quiq; ob præclarissima ingenii monumenta, tot Geometricis Demonstrationibus suffulta, de orbe literato quàm optimè meruit: adeò ut *Cicero* ob magnam nominis famam, dum Quæstorem in Siciliâ ageret, ejus sepulchrum veteribus obsitum sedulò exquirere haud dedignatus fuerit, quòd columella cum inscriptione de Sphæra & Cylindro (veluti exantlati laboris trophæo) exornatum sese tandem invenisse, in Tusculan. gloriatur. Verùm cum in rebus Mathematicis minimè Opinionis aut famæ magnitudine, sed rationum momentis potiùs decertandum sit, irrefragibili Societatis Regiæ Anglic. symbolo *Nullius in verba* veluti præmunitus Auctor noster, & illam tumulo Archimedis consecratam rationem de Sphæra in dubium vocare haud veretur, eamqve numeris omnibus absolutam necdum à quoquam benè expositam esse, in Stereometricis latius comprobaturus est. Quinimò ubicunque tam in Veterum, quàm Recentiorum Theorematis *Infiniti ratio* sese implicat, secundum ipsius dogmata, vix est quin aliqua imperfectionis nota subinde occurrens eadem haud deformet: ità ut omnes, quæ de Spiralibus, Sphæroidibus, & Conoidibus, Para-

bolis, Cycloidibus, Cissoidibus & aliis Curvilineis figuris dimensiones hucusque evulgatæ prostant, novam proportionis emendationem posthac subire cogantur. Neque porro est, quod omnium Mathematicorum consensus à 20. abhinc seculis (vixit enim Archimedes 300. serè annis ante Christum natum) denuò obtrudatur, qui in eandem semper conspirare visi sunt magnitudinis *ἐκθεσ. v.* præsertim cum hoc nostro seculo tot variae ac tam diversae quadrandi spatium viæ in lucem prodierint; Illa enim *Geometria indivisibilium* tantopere hodie exulta, (quamque ipse Archimedes in mensuranda Helice adhibuit) tot insuper ab aliis excogitatae *interpolationes* numerosae, *convergentiarum series* ac *protractiones*, *methodi divisivæ*, tot *Elementa per radices Algebraicas extracta*, tam varia *Calculi differentialis & summatorum compendia*, tot *limites Curvilinei & comparationes ad alias figuras*, quæ dum eandem semper produnt cum Archimedeis mensuram, simili omnes laborare vitio, haud verisimile quis dixerit. Ad rigidius nihilominus examen si revocentur variae illæ prædictæ rationum complicationes, quibus passim Geometræ uruntur, non pauca Axiomata non benè limitata vel intellecta, nec non Hypotheses ad libitum confictas, illam de qua disceptatur, rationum differentiam produxisse, nullo negotio deprehender. *Quod nec majus nec minus altero, quin eidem prorsus æquale sit habendum*, ecquis est qui ambigat? cum hoc tantopere sibi blandiantur omnes effato, ut innumeras eidem superstructas demonstrationes passim invenias: nisi tamen dignè limitetur, ac secundum omnes dimensiones, quibus quantitates analogicæ constant, peræque applicetur, mox falsissima hinc deduci poterunt confectaria. Sed & barbara quædam Scholasticorum juvat attingere, cum iis sæpiùs imperitiores abutantur. *Naturam abhorrere ab infinito*, ac præsertim *interminabilem causarum seriem abominari*, pervulgatum est utique assertum: at dum Infinitum divinæ perfectionis, ab infinitæ confusionis atque *ἀταξίας* tenebris discernere nequeunt, nubem pro Iunone amplectuntur, atque Cælum Orco æquiparant, qui Optimum quod Natura expetit, in ejus perniciem detorquere nituntur. *Causarum in infinitum progressum sola sustinet Dei potentia*, quæ sublatâ frustra innumerabiles in Vacuo vel nihilo sibi

fin.

singunt Athei saltus. *Infinitorum nullam esse scientiam*, passim clamitant, quæ tamen ubi in ordinem redacta fuerint, ipsis finitis faciliora sunt captu. Sed Mathematicorum hoc videtur Sphalma proprium, quo statuunt *progresiones* tam *geometricas* quam alias variè compositas in *infinitum decrecentes* tandem *degenerare in nihilum*, quo figmento vix quicquam perniciosius ad destruendam quantitatum indolem excogitari poterat: quantitates incomparabiliter (ut vocant) parvæ vel minores, adhucdum ob divisionem comparari possunt, quorsum ergò ista deducet comparatio vel dividuarum præscriptio? Sed quod omnis *ἀλογίας* caput & fomitem dixeris, est id, quod *Leges homogeneorum negligant*, ex coaccervatis signis sive meris punctis lineas sibi compingentes, ex lineis superficies, ex his demum molem corpoream: nullâ interim suppositâ unitate, quæ vel augmentum recipiat, vel quantum in infinitû divisibile continuo protrahat. Reliquas omnes hypothesium *παρεμβάσεις* quis enumeret? cum curvulas pro rectis, inclinationes minimas pro parallelismis, & vice versa, substituant; differentias inferiores præscindendo, sæpius potentias minores à majoribus relegent, cognitatas ab incognitis haud separent. Hinc illum Geometriæ defectum enatum quis non viderit? Auctoris nostri methodus ut prorsus liberâ atque omnium harum imperfectionum expertus censei possit, breviter *ὡς ἐν τῷ πρῳ* modò delineanda venit, difficultatis tamen, quæ Geometras à vero tramite in avia seduxerit, præmittenda vel interferenda est generalis quædam adumbratio, quàm per figuras Geometricas & Intelligentias Algebraicas, hic expressas, quin diligens rerum scrutator non tam assequi quàm superare possit, vix est quod Auctor noster dubitet. Ad prima scilicet Geometriæ Elementa revocandum esse animum, simplicitas earundem admonet. Inter incognita nimirum vel potius neglecta Problemata, dum vitio mortalibus haud inferto, ad summa statim Mens evolare properat, hic quædam velut præcipua enodanda, primum sibi vindicant locum. Infinita nempe cujusvis lineæ per Spatium Triangulare, Quadrangulare, &c. transeuntis exhibenda est definitio Algebraica, quæ omnibus Sectionum varietatibus inserviat, quippe ejus beneficio rationalis statim inscriptio ac compositio spatii Cyclici, Elliptici, Hy-

perbolici, &c. illicò innotescet, specificâ figuræ proprietate ex Chao dissimilium jam antea eductâ atque cognitâ: ad evitandas enim tot irracionales lineas, quarum summa vel differentia inexplicabilis videtur, tam enormes spatii distractiones ut effingerent Tetragonistæ, tantum non adacti fuere. Quod si à punctis extra figuram datis sit ordiendâ comprehensio, Tangentes & Secantes Curvarum generali quadam regulâ constringendæ erunt, quæ ex Latere recto sic dicto, vel lineâ per centrum reflexionis transcurrente, quàm elegantissimè deduci poterit: Hinc illa tantopere quæsitâ *Resolutio & constructio Aequationum* cujuscunque gradus & dimensionis per Intelligentias Analyticas viâ maximè naturali expediri poterit, cum perfectâ harum determinatio cum ipsâ Spatii dimensione tam arctè cohæreat, ut eadem utriusque sit conformatio. Sed ad educendas Infinitorum Similium notiones universales, tam Analyticæ quàm Characteristicæ intimius perdiscendæ erunt, quò scilicet promptè, ex datis Differentiis radicalibus progressionum, earundem Coëfficientes elici, atque Idea Characteristica Potentiarum, quæ Spatium exstruunt, stabiliri possit. Sic ex iisdem signis Characteristicis ordine retrogrado initia progressionum, ex quibus Aequatio coaluit, colligi debent. His perceptis ad Syntheticas & Mesographicas via sternitur, quarum munus est, non tantum Algebraicè terminare series atque in unam redigere summam, sed ipsis porro in Infinito locum assignare, quo in magnitudinem Spatii transcant, quod innumeris ac divinis rationum compositionibus, per Harmonicas, Centrobarycas ac Logisticas Symmetrias quomodo perficiatur, immensi novi Operis structuram suggerit, quo amplissimum Mundi Intelligibilis Theatrum panditur, ac quâ ratione ex insensibilibus Corporea ortum duxerint, pulcherrimo systemate tandem demonstrari poterit. Ad Scientiæ verò hujus adipiscendæ methodum, cum destinata sit Figurarum & Intelligentiarum

Tab. VII. Tab. VII. facta designatio, earundem ut exponamus indolem ac scopum, quàm maximè conducet, si Principiorum ductum sequamur, ac postea uno vel altero exemplo Auctoris nostri mentem uberius declarando ipsam veluti praxin paucis ostendamus. Principium omnis Similitudinis vel Rationis, (nam ipsa ratio similitudinis quæ-

qvædam est perceptio & comparatio) cum ipse sit *Deus*, ad extruendam Mundi machinam nullum aliud adhibet principium extraneum, nullam materiam Dei cœvam, nullam extra Deum motus potentiam. Hæc propositio summæ veritatis, *Est Deus*, sufficientissimum ipsi est Universi seminarium. Eadem propositio Metaphysicè expressa, & Algebraicè live Logisticè designata, prorsus æqvatur huic alteri, datur *summè unum*, omnis essentia & existentia primum *δευτικόν*, infinitè disseminatum, qvò negatò nihil omninò existere; qvò positò, ea omnia, qvæ Universi nomine continentur, spontè velut ex sempiterno Amoris fonte effluunt ac derivantur. Proinde *Unitas infinitè fecunda* immensam illam vim creandi & Spiritus & Corpora hîc denotat. Cum enim tota Universi Fabrica sit immensa qvædam Existentiæ divinæ Enunciatio, qvâ demonstrari debet, qvot innumeris modis, summa illa veritas possit exprimi, hinc primum & ultimum omnis rationis in hoc infinitè maximum & minimum ut resolvatur, necesse est. Mundus igitur, cum sit Numerus infinitus, productus ab Unitate, non eqvidem est ipse Deus, licet potentia infinita, qvæ hunc numerû constituit, Divinitatis Characteristicam denotet, unde primum veluti elementum rationis creandi Universû in illa fundatur habitudine, quam sistit unitas ad infinitam infiniti potentiam. Illa ut traducatur ad spatii figurationem, Arithmeticè vel Algebraicè denotari poterit hîc modò;

$$\frac{0}{1} \quad \frac{1}{1} \quad \frac{2}{1} \quad \frac{3}{1} \quad \frac{4}{1}$$

&c. vel literis suprapositis: $\frac{a}{1} \quad \frac{b}{1} \quad \frac{c}{1} \quad \frac{d}{1}$ &c. qvâ continuè ad-

auctâ tandem infiniti numeri ad infinitum ratio $\frac{1}{1}$ ad ipsam iterum tendit ac progreditur unitatem, qvæ Fig. I. lineâ rectâ & Circulari, veluti primâ similitudinis mensurâ in extensionibus, repræsentari poterit. Sed solum istud hâc vice abruptum est. Continuationem descriptionis & declarationem figurarum Tabulæ VII. benevolus Lector sequenti mense Octobri expectabit.

Fig. I.

KILONII

Christianus Desleus Brockdorff, Eqves Holsatus, superiori
men-

menſe Auguſto, Præſide *Simone Henrico Muſæo*, I. V. D. & Inſtit. nec non Jur. Nat. & Gent. Profefſore Ord. in auditorio majori *Positiones Juris, rationibus ſubnexis breviter illuſtratas*, publico eruditorum examini ſubmiſit. (2½. plag. in 4.)

*Samuelis Keyheri IC. & Anteceſſoris
Kilonienſis, Solutio Problematis, ab Anonymo.
propoſiti Menſe Februario. p. 32.*

Modiolus præparetur cum embolo & operculo, quò antèrius modioli orificium arctè claudiqueat. Antèquam autem claudatur orificium antèrius, immittatur per poſterius orificium embolus cum globo ſibi alligato, qui poſtquam modioli orificium antèrius clauſum fuerit, ſimul cum globo retrahitur uſque ad orificium poſterius, ità, ut hoc orificium arctè clauſum maneat. Quò factò modiolus evacuatus ad metam vel ſcopum deſideratum dirigitur, & ligamento globi ſoluto embolus ſubducitur, ut aëri exteriori vacuum modioli replere conanti aditus aperiatur, qui magno impetu globum poſterius modioli orificium obſidentem propellet, & ad ſcopum præfixum tendere coget.

Petrus Johannes Chriſt-Frid-Reich Hannemann (D. Ioh. Ludovici Hannemanni, Philoſ. Nat. PP. filius) commentarium *de Divinitate Medicorum*, nec non *de anomalis curationibus*, meditat. Multa quoque (ex quo ſtudio ſuum Medicum cum Jurisprudentia commutavit) ad elaborandum commentarium *de Aulicorum & Martis filiorum arcanis* collegit, quem cum orbe erudito communicaturus eſt.

LV BEC AE.

Henricus Dürſoy Eccleſiaſtes Templi Jacobazi, Rudimenta Chriſtianæ fidei, ab Uxore (cui eadem inſcripſit) domeſticis ſuis inculcanda, edidit, hòc titulò: *Tägliche Hauß-Schule für ſich und ſeine liebe Weib-Kinden aufgerichtet von Henric. Dürſoyen/ Prediger an S. Jacobi in Lübeck. Rakeburg/ gedruckt bey Sigismund Hoffmann 1698. (6. plag. in 8.)*

OS(O)SC

NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Octobr. M DC XCVIII.

ROSTOCHII,

Joachimus Lindemann/ SS. Theol. D. Phys. ac Metaph. Prof. P. & ad D. Mariæ Archidiaconus, typis exscribi curavit *Sermonem funebrem*, quò non ità pridem Consuli Seniori Rostochiensis, *Dieterico Wolffraht* / (an. 1628. d. 19. Febr. patre Senatore ejusdem nominis Rostochii nato, & d. 9. Febr. hujus anni 1698. mortuo) ex Deuteron. 34, 5. parentavit, simulque funus comitantibus, nomine relictae viduæ, filiiqve unic i, *Dieterici*, Hereditarii in Warstorf & Drosthusen/ ac Præfecturæ Ducalis Mecklenb. Svanensis Capitanei, gratias egit. (9. plag. in fol.)

Johannes Joachimus Schöpffer / I. V. D. & Prof. P. Com. Palat. Cæs. & Consistorii Ducalis Assessor, d. 4. Sept. publicè indixit *Exercitationes Disputatorias*, à 4. Studiosis, respondentium & opponentium partes alternatim suscepturis, singulis diebus Sabbathi à meridie habendas; quarum *primam* de *Historiâ Juris Civilis* d. 10. Sept. defendit *Jacobus Henricus Zerneke*, Thor. Prussus, qui studium Theologicum cum Iuridico commutavit, ceu mense Ian. p. 8. diximus. *Exercitationem secundam*, Theses quasdam maximè controversas ex *Libro 1. Digestorum* continentem, d. 17. Sept. proposuit *Georgius Adamus Schleußing* / Budisâ Lusatus; *Tertiamque* ex *Libr. 2. & 3. Digestorum* ventilavit *Erdmannus Sigismundus Bartholdi*, Francof. Marchicus. *Quartam* de *Restitutione in integrum* proximè proponet *Balthasar Schmaltz*, Stargard. Pomeranus, & sic porro alternis vicibus erit procedendum, donec *viginti* Disputationes (quarum singulæ dimidio tantum quaternione constant) absolutæ fuerint.

Die 15. Septemb. Decano *Henrico Christiano Zetse* / Phil. & I. V. D. S. Theol. Cand. & Eloqv. Prof. P. Procancellario autem paulò

paullò antè memorato *D. Joachimo Lindemann*, Facultas Philo-
sophica *Actum Promotorialem* in Auditorio majori celebravit, quò
sequentes septem Candidati *Magisterii* gradu ornati sunt: 1. *Diet-
ericus Schröderus*, Wismariensis. 2. *Christophorus Corbenius*,
Rostochiensis. 3. *Iohannes Decker*, Rost. 4. *Christianus Die-
tericus Haltermann*, Rost. 5. *Joachimus Eioes*, Hamburg-
sis, (quem non ità pridem etiam *Laureâ Poeticâ* insignivit *D. Ge-
orgius Amfelsius*, Comes Palatinus Cæs.) 6. *Nicolaus Jüntens*/Hamb.
7. *Gabriel Martianus*, Panormitano-Siculus, quondam Cremæ
in Italiâ Theol. Pontif. Prof. nunc verò Orthodoxiæ Studiosus, &
Juventutis Academicæ in lingvâ Italicâ Informator, qui superiori an-
no 1697. Lubecæ Historiolam Italicam, ad modum fabulæ Roma-
nenſis concinnatam, typis evulgavit, cui titulus: *Floridoro* (7. plag.
in 12. oblong.) Thema Orationis Decani fuit de *Philosophiâ elegan-
tiori, quam obtinemus ope ordinis, finem ultimum respicientis*; Pro-
cancellarii verò thema fuit: *Philosophia ab ancillatu, quò præter
meritum traducitur, vindicata*. Ultimus Candidatus, prævio ser-
mone de *Philosophiâ studiô Patribus V. T. non ignotô*, gratias per-
solvit.

Die 18. Sept. *Andreas Daniel Habichborſſ*, SS. Theol. D. e-
jusdemque Prof. P. & Seren. Duc. Meckl. Consiliarius Consistor. Col-
legiique Profess. Ducal. & Fac. Theol. Senior, publicavit *Theses
in universa Theologia fidei quæstiones selectiores*, juxta me-
thodum Königiano-Qvenſtedianam ordinatas, & 24. disputatio-
nibus, horis pomeridianis dierum Mercurii & Sabbathi, ventilan-
das; quod sequentes 12. Studiosi in se receperunt, factòque d. 21.
Septemb. initio, ità porro præstituri sunt, ut, dictò Professore
Præside, duo semper Respondentes adhibeantur quorum alter no-
vitiis Assumentis, alter veteranus Assistentis munere fungatur) re-
liqui autem Opponentium partes impleant. Scilicet: 1. *Leopoldus West-
hoff*, Neostad. Holsatus. 2. *Jac. Henricus Meyer*, Mundera-Hanno-
veranus. 3. *Henricus Hierner*, Wöfſelsflöra-Holsatus, (qui jam antè
eodẽm Præside duas Disputationes ex Isai. 16, 9. & Gen. 14, 18. de-
fendit, ceu mense Jun. p. 87. memoravimus, eidemque in Dispu-
tatio-

tationibus cùm super Augustanam Confessionem, tùm super Formulam Concordiæ, frequentius respondendo & opponendo, imò etiam absentium vel deficientium aliorum vices supplendo, industriam suam probavit), 4. *Christophorus Rûhn*/ Alstad. Thuringus. 5. *Daniel Christianus Ehrenten*/ Cribitz. Mecklenb. 6. *Ioh. Lantzius*, Lubz. Mecklenb. (cujus parens, ejusdem nominis, eòdem Præsidente an. 1670. disputationem de *Messia* defendit, & eòdem duce Orationem Ebræam de *Ionâ*, passionis & resurrectionis Christi typò, habuit). 7. *Mich. Ludov. Schmidt*/ Pomer. 8. *Gothilf Karge*, Münchbergâ March. 9. *Georg. Tempelhoff*/ Bern. March. 10. *Franciscus Brédovv*, Berol. March. 11. *Ioh. Godofr. zur Linden*, Luch. Luneb. 12. *Georg. Timæus*, Bucov. Marckius.

Eòdem d. 18. Sept. *Iohannes Ernestus Schaperus*, Med. D. ejusdemque Prof. Ducalis P. *Programma* edidit, quò studiosam juventutem ad *Collegium experimentale & curiosum Physicum*, nec non lectiones *Anatomicas curiosas*, invitat. (1. plag. in 4.)

Die 22. Septemb. sub præsidio *Ioh. Fechtii*, SS. Theol. D. & Prof. P. Consistorii Ducalis Mecklenb. Assessoris, & Districtus Rostoch. Superintendentis, ut & Facultatis suæ h. t. Decani, *Hermannus Christophorus Engelste*. Rostochiensis (de quò mense Majo, p. 70.) Lipsiam abiturus, proprio Marte elaboratam Disputationem Theologicam, *Praadamitismi recens incrustati examen* completentem, habuit (6½. plag. in 4.) Cap. I. hujus Dissertationis brevem recapitulationem primæ illius de Præadamitis concertationis (occasione dogmatum *Isaaci Peyrerii*, Galli, enatæ) instituit. Cap. 2. Præadamitismi (ab auctore libri, qui vocatur *Philosophia Scripturæ interpres*, ut & à *Thomâ Burnetiô* & *Caroli Blountiô*, recens incrustati historiam complectitur. Cap. 3. denique Præadamitismi recens incrustati examen sistit, eundemque variis argumentis confutat.

Johannes Nicolaus Qvistorpius, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. ad D. Nicol. Pastor, & R. Min. Director, d. 25. Sept. *Programma* publicavit, quò omnes omnium ordinum cives Academicos & literatos invitavit, ad audiendus benevolè *Disputationes Theologicas*, quas nonnulli orthodoxæ Theologiæ cultores, de rebus Theologicis gravissimis, hodieque vexatis, proprio Marte ela-

boratas, sub ejus præsidio singulis dehinc hebdomadibus (nisi impedimenta publica intervenerint) habituri sunt. Nomina horum, tam Respondentium, quam Opponentium futurorum, sunt sequentia: *Albertus Ioachimms Krafewitz*, Eqves Megap. M. *Ioh. Ioach. Polzius*, Rostoch. M. *Christoph. Cothenius*, Rost. *Arnoldus Richter*, Altona-Hollatus. M. *Franc. Albertus Äpinus*, Mecklenb. *Georg. Bernhardus Richter*, Altona-Hollatus. *Tago Faxovius*, Scano-Svecus. *Ioh. Christ. Schaper*, Lucca-Lufatus. M. *Jacobus Schröder*, Anclamia-Pom. *Sigismundus Lange*, Gedan. M. *David Joshsack*, Stettino-Pom. *Frid. Ludov. Richter*, Berol. March. M. *Ioh. Decker*, Rost. M. *Dietericus Schröder*, Wismar. M. *Nicolaus Lütgens*, Hamburg.

SEDINI

Typis excusa est Concio, quam *L. Gottlieb Eckstein*, Ecclesiæ Cathedralis S. Mariæ Presbyter, nec non Theol. & Ling. Orient. in Gymnasio Carolino Professor, ac Bibliothecarius, die 17. Iunii anni currentis, Natali S. R. M. Sveciæ, habuit, hóc titulò: *Sub umbra Altissimi*, Dessen wolte bey seiner andern/ auß Psalm. LXXXV, v. 4. 5. am XVII. Iunii zuhaltener solennen Danc- Gast- Duss- und Verrags- Pretigt/ da zugleich des Großmächtigsten Königs und Herrn/ Königs CARL des XII. der Schweden/ Gothen und Wenden Königs, &c. Königlicher hoher Geburts-Tag mit zu feyren anbrach / nechst Gott und seinem Worte gehorsamst gedenccken *L. Gottlieb Eckstein*, &c. Alten Stettin/ bey *Daniel Starcken*, des Königl. Gymn. Buchdr. (6. plag. in fol.)

GEDANI

Calendis Septembris per auctionem divendebantur libri, quos reliquerat *Iohannes Iacobus Hoynovius*, Gedani ad S. Spirit. Ecclesiastes Germano-Polonus, qui an. 1653. d. 4. Ianuar. natus, hóc ipsò annò 1698. d. 25. Iulii decessit.

Iohannes Ernestus von der Ende/ Syndicus Reip. Gedanensis, tres *Dissertationes Iuridicas* ad forum Civitatis Gedanensis accommodatas, edidit, quarum I. agit de vindicatione Hominum propriorum, ejusque præscriptione. II. continet resolutionem quæstionis: an in successione ab intestato defuncti fratris vel sororis uni-

unilateralis liberi, cum patris vel matris germanorum fratrum vel sororum liberis concurrant? III. Ius parentum in liberos, circa ingressum in Religionem & vota monastica, exhibet. (31. plag. in 4.)

Eodem auctore antehac prodierunt:

Theses Iuris miscellaneæ, sub moderamine D. Christiani Sehti, Regiom. 1674. (2. plag. in 4.)

Theses Iuridicæ Iuris publici universali & particulari, sub ejusdem moderamine, ibid. 1675. (2. plag. in 4.)

Prototypon boni principis, sive de gubernanda feliciter Republica, ex Senecæ lib. 1. de Clementia, Cap. 3. Dissertatio. Elbingæ, 1675. (9. plag. in 4.)

Dissertatio Iuridica de *Incestu*, in quâ de singulis Incestus speciebus & illarum poenis ex professio agitur: Incidenter autem alia Juris materia, utpote de Iure Naturæ & Gentium propriè ita dictò, Iure Civili, prohibitionibus matrimoniorum ob vinculum necessitudinis, potestate dispensandi in gradibus prohibitis, &c. paucis attinguntur. Lugd. Batav. 1678. (11½. plag. in 4.)

Dissertatio de *Origine, Libris & Auctoritate Iuris Civilis Romani*, & *Statutarii Gedanensis*, unâ cum Collationibus Iuridicis ad Tit. 1. & 2. Lib. 1. Institutionum Iustinianearum. Dantisci, 1680. (13. plag. in 4.)

Collationum Iuridicarum ad Institution. Iustinian. Lib. 1. Tit. 3. 4. 5. 6. 7. 8. continuatio, cui accesserunt Conclusiones quædam controversæ ex Iure Publico universali, & Iure privato, Gedani, 1682. (6½. plag. in 4.)

D. Samuel Schelvigius ultimo scripto D. Phil. Jac. Speneri contra ipsum evulgato, sequenti libro respondit: *Die Saft- und Krafftlose Abfertigung* Hn. D. Philip Jacob Speners, durch summarische Wiederholung der in der Sectirischen Pietisterei zusammengerrathenen Irrthümer, und gründliche Behauptung der wahren Lehre, &c. nebenst Beantwortung anderer miteingemischten Sachen, geprüft und dem Urtheil der Evangelischen Kirchen unterworfen, &c. (22. plag. in 4.) In hoc tractatu deciduntur sequentes Controversiæ: 1. An homo coram Deo per fidem operosam justificetur, ita ut fides, præsertim in primo justificationis actu, opera, vel (sub quo nomine

omnia opera continentur) Charitatem, vel saltem vires diligendi, coram Iudicio Dei, siquidem vera fides esse & justificare debeat, necessariò secum ferat? 2. An ad legalem perfectionem, quæ hoc nomine juxta propriam vocis acceptionem digna sit, in hac vita perveniamus, aut pervenire queamus, & quid de perfectione inter Evangelicam & Legalem mediâ scribendum? 3. An de regenitò dici queat, quod legem juxta *ἐνείκεαν* Evangelicam servet? 4. An opera bona hujus vitæ rectè pro parte beatitudinis, seu spiritualis, seu gloriosæ venditentur? 5. An literalis & quidem veritati consentanea notitia, quæ in rebus fidei ex verbo Dei, prouti hoc auditur vel legitur, resultat, perpetuò, etiam apud impios, pro spirituali, ad tertium Symboli Apostolici articulum pertinente, vivâque & ex divini lumine proveniente notitiâ haberi mereatur? 6. Vtrum Impius qui Theologiam ex lectione vel auditu divini verbi ità didicit, ut notitia ejus divino verbo consentiat, à Deo doctus sit? vel an idem ille ex merè naturalibus viribus, quæ strictè loquendo divinæ non sint, ad notitiam in omnibus articulis Christianæ religionis rectam & sensui Spiritûs S. convenientem pervenire queat? 7. An Sanctificatio primam Illuminationem præcedat, & proinde Illuminatio sine Sanctificatione esse nequeat?

Menſe Septemb. etiam Gedano *Francofurtum* ad Viadrum ſeceſſit *Johannes Schultzius*, I. V. D. ac Nobilis Polonus, Juris nuper & Historiarum Profeſſor in Athenæo Gedanenſi, ejusdemque Inſpector, jam verò Seren. Electoris Brandenburgici Conſiliarius, & ab eò in Academiam Francofurtanam evocatus, ut B. *Petro Schultzio* in ordinariâ *Juris Profeſſione* ſuccederet. Hic præter Diſputationem Inauguralem, Francofurti habitam, de *Civilitate proſpicuâ*, aliamque de *Philophiâ Principum*, &c. Gedani hætenus edidit:

Tabellas, in quibus *Ius Civile* univerſum, quanta fieri potuit brevitate, contractam exhibitur. 1689.

Harmoniam Struvio-Schnobelianam, observationibus Grotianis parallelis inſigniter auctam. 1693. (2. Alphab.)

Tractatum Historico-Politicum de *Poloniâ nunquam tributariâ*. 1694. (1. Alph. 22. plag. in 4.)

Panegyricum, IOANNI III. Polon. Regi dictum. 1694. (9. plag.)
Sermo-

Sermonem gratulatorium, felici, qvod an. 1694. inter MAXIMILIANVM EMANVELEM, Electorem Bavarum, & THERESIAM KVNIGVNDAM, Poloniarum Principem, intercessit, con-
nubiodictum. (12. plag.)

Disputationes quoque Gedani, per octo annos, qvibus muneri
Professorio præsuit, plurimas habuit; præcipuæ sunt:

De *Antropophagiâ* Naturali Iuris adversâ.

De *latè juvando*, sive de oblati casu in jus vertendis.

De Rebellionem *Burdigalensi*.

De *Contractu Medici cum ægroto*.

Manus oculata, dissertatione Iuridicâ delineata.

De eo qvod non vetat *Lex*, vetat fieri *Pudor* in *Matrimonio* con-
stituendo.

De *Sacrificiis* sive victimis *Statûs*.

De *Iustitiâ* Casuum pro amico.

De obligatione *Studioſi* *Stipendiarii*.

De *Iure Angariarum*, sive vom *Beschlag der Schiffe*.

De *Potestate Herili & Patriâ*, ex *Iure Civili*, *Culmensi* & *Mu-
nicipali*.

Resolutio *Quæſtionum Miscell.* ex *Iure Maritimo* depromtâ, &c.

THORVNII

Præside *M. Georgio Wendio*, Gymnasii Thorun. Rectoris &
Profess. P. die 13. Aug. *Iohannes Czimmermannus*, Thorun. (*Ioh.
Czimmermanni*, Reip. Thorun. Praefensulis & Praefidis, filius u-
nicus, qvi etiam Calendis Maji hujus anni Orationem habuit
de *Majestate Sarmaticâ*, *homagiis terrarum Borussiae culturâ*) conje-
cturas aliquot Politicas, de *susceptis Magni Moscoviae Ducis
Petri Alexievicz per varias Europa provincias Itineribus*,
ad discurrendum proposuit: dubitandi provinciam in se susci-
pientibus, *Davide Schmidio*, Stolpâ Pomer. *Georgio Aursbach*, Ols-
nâ Silesio, & *Georgio Weyer* / Regiomont. Borussia. ($\frac{1}{2}$
plan. in 4.)

Eodem Præside modò dictus *David. Schmidius*, Stolpâ Po-
mera-

meranus, d. 10. Septemb. disputavit de *antiquo & curioso
Bretislai, Böhemia Ducis, Nummo argenteo,*



(cujus altera pars *ahenum* præfert, Boleslao olim ab Ottone I. Imp. cum onere calefaciendi aquam, in pœnâ datum, circumscriptis verbis: BRACISLAVS DVX. altera verò *manum* è nubibus protensam, cum epigraphæ: SCS. WENCESLAVS.) judicia sua de eodem communicantibus, *Michaële Rarßburg* / Falckenburgo Marchico, *Laurentio Christiano Stiege* / Belgart. Pomer. & *Iohanne Dlnz* / Tempelburg. Polono. ($\frac{1}{2}$ plag. in 4.)

ELBINGÆ

M. Ernestus König / Gymnasii Rector, edidit *Disquisitionem Ethicam super Iustitiâ particulari, libris duobus Viri perillustri Samuelis L. B. de Pufendorff, de Officio Homini & Civis, dilucidandis tributam.* (8 $\frac{1}{2}$. plag. in 4.) Disquisitionis hujus Cap. 1. agit de Necessitate & Causis externis Justitiæ particularis. 2. De Causa formali ipsius, & Definitione, item quibus modis differat à Justitia universali. 3. De Objecto, potissimum reali. 4. De Fontibus ejus, quod alteri debetur jure perfectò, & de actibus I. P. propriis. 5. De Justitiæ particularis divisione. 6. De Justitia Commutativa in pactis & contractibus. 7. De Justitia Administrativa & coactiva. 8. De Justitia publica, seu administrativa & coactiva. 9. De Judicio, & in specie de forma ejus, hoc est, de Processu Judiciario. In fine accedit Parallelismus Institutionum Imp. Justiniani, & hujus de I. P. Disquisitionis.

Idem Auctor antehac *Sedini*, cum in Gymnasio Regio Professorum Eloquentiæ obiret, *Institutiones Oratoriæ methodicæ* evulgavit, an. 1664. (21. plag. in 12.) *Thorunii* verò, cum Gymnasio illius civitatis Rector præflect, scripsit *Ideam præceptorum Logicæ*, 1675. (5. plag. in

in 12.) *Elementa Rhetorices*, 1676. (12. plag. in 12.) *Fasciculum Exercitationum Ethicarum & Politicarum*, 1680. (35. plag. in 4.) *Provocationem à Decreto abdicationis Thecrunienfis ad bonarum artium Patronos virosque doctos*. 1683. (20. plag. in 4.) *Elbingæ edidit Introductionem ad libros duos Pufendorffii de officio hominis & civis*. 1691. (8. plag. in 4.)

REGIOMONTI

Die 2. Septemb. *Theodorus Volz* / Regiom. Prussus, (D. Ioh. Christophori Volz / I. V. D. & Prof. P. Consiliarii Elect. & Consistorii Sambienfis Præsidis, filius secundo genitus) sub Præsidio *M. Georgii Thegen*, Phil. Pract. Prof. P. Disputationem Politicam de *Tyrannide & Tyranno*, habuit (5. plag. in 4.)

Huius frater, *Iohannes Volz* / (primogenitus dicti Consiliarii filius) eodem Prælide d. 4. Sept. ex Politicis de *optimâ ex votò Republicâ* disputavit. (4. plag. in 4.)

Præcedentium parens, *Iohannes Christophorus Volz* / I. V. D. & Prof. P. O. Seren. Elect. Brandenb. Tribunalis Consilarius, & Consistorii Sambienfis Præsides, Disputationem *vigesimam nonam* ad *Pandectas* (vid. mens. August. p. 131,) die 5. Septembris habuit, Respondente *Reinholdo Nagel*, Regiom. adeoque librum XXI. ff. absolvit. In fine dictæ Dissertationis memorabile *Responsum* Facultatis Theol. & Iuridicæ Regiom. affertur, an. 1694. d. 3. Iun. Ministris quibusdam verbi divini, qui *χρηροδωσίαν* detrectarunt, datum, quò sequentes duæ quæstiones, 1. Ob ein Theologus und Minister Ecclesiæ, so dubiam conscientiam de legitimâ vocatione eines andern Predigers, der introduciret werden soll, hat / und solches mit einem Eide zu bestärcken erbösig; nicht in seinem Gewissen verbunden; sich der Beywohnung der introduction, und dabey vorgehenden Handauslegung zu enthalten / ob ihm gleich eine unter-Drückteit solches beschlen; zumalen da das Wesfeyn aller und jeder Prediger nicht de substantiâ forhaner investitur ist / und andere solche verrichten können? 2. Ob ein solcher Minister Ecclesiæ, der in gehührender Verschaidenheit gegen die Drückteit sich deßfaß entschuldiget / und declariret, daß

er ob dubiam conscientiam, und daß er Gott mehr gehorchen müsse, als den Menschen/ keinesweges aber der Obrigkeit sich zu widersetzen/ deswegen könne mit Bestand Diehtens bestraft/ oder gar removiret werden? prolixè tractantur, & rationibus decidendi annexis solvuntur.

Die 11. Sept. *Michaël Pantelius*, Med. D. pro receptione in Facultatem Medicam disputavit de *Mercurio*, & *ejus in usu Medico operandi ratione*, Respondente *Daniele Philippo Vasmaro*, Minda-Westphalo. (2. plag. in 4.) Dissertatio hæc bimembris est; & altera quidem pars Mercurium ex spiritu acido-salino, terrâ metallicâ, nonnunquam & metallo actuali, intermixtâ pingvedine sulphureâ certâ proportionè saturatò, constare probatur; altera autem pars Mercurii in usu Medico operandi rationem exhibet; quæ cum alia crudi, alia præparati sit, crudi tam internè quàm externè exhibiti effectus gravitati seu ponderi ejus, & figuræ globosæ imprimis, non spiritui acido, (cùm hic terrâ minerali & sulphureâ pingvedine nimium saturatus sit) præparati verò tam præcipitati quàm sublimati salibus, eorumque spiculis seu figuris adscribuntur. Post præparata ex Mercurio, quæ mediantibus salibus operationes suas efficiunt, de alio adhuc præparato, ubi Mercurius cum sulphure combinatur, *Cinnabari* nempe, Auctor agit, tam nativâ, quàm artificiali, quarum hæc alteri præfertur, propterea, quod illa, nisi in granulis admodum pura reperiatur, arsenicalibus sæpè qualitatibus imbuta sit, & vomitum moveat, cum hæc artificialis antimonii ex Mercurio puriori & sulphure inflammabili combinata, pingvibus suis particulis sulphureis, acidorum spicula involvat, & metallicis absorbeat: quod idem etiam de Æthiope minerali asseritur. Denique effectus specialis & soli Mercurio proprius, *Salivatio*, explicatur, quàm Mercurius sanguini, humoribus, ac præ cæteris lymphæ, communicatus, gravitate & rotunditate, sub figurâ suâ naturali vivaci, motum eorum accelerando, excitare dicitur, quod tùm rationibus, tùm experimentò in Cane institutò, illustratur, in quò Mercurius vivus tepidus apertæ venæ crurali infusus, post 24. circiter horas initia salivationis præbuit, & cane non diu post mortuò, in utroque cordis ejus ventriculo, & per integram pulmonis substantiam,

tiam, ne minimâ quidem particulâ ejus exceptâ, in globulis minutissimis dispersus fuit repertus.

Die 16. Sept. *Reinholdus Stürmer* / Regiom. Prussus, sub præsidio *M. Laurentii Wegeri*, LL. Oriental. Prof. P. Ord. Disputationem Philologicam de *Osculatione manûs Idololatricâ*, ex *Iob. XXXI*, 26-28. examini publico exposuit. (3½. plag. in 4.) Idem Respondens anno 1695. sub Præsidio *M. Georgii Thegen*, Phil. Pr. P. P. disputavit de *Virtutibus Homileticis, Humanitate seu Comitatus, Veracitate & Urbanitate*. (6. plag. in 4.)

Die 19. Sept. sub præsidio *Godofredi Wegneri*, SS. Th. D. & P. P. Ord. *Arnoldus Henricus Sahme* / Regiom. Prussus, Quæstionem Philologico-Historico-Theologicam, *An Versio Græca, vulgò LXXII. Interpretum dicta, sit Sæcævæ* & Eruditorum censuræ subjecit. (2½. plag. in 4.)

RIGÆ

Die 4. Augusti obiit *Wilhelmus Lange*, Med. D. & Practicus. Is an. 1656. d. 1. Sept. Rigæ natus est, patre *Iohanne*, Mercatore, jactisque in Scholâ patriâ Literarum fundamentis, in Gymnasio Keydanensi, Bilefeldensi ac Luneburgensi, studiis innutritus fuit; hinc Academiam Lipsiensem petens, primò quidem Theologiæ se manicavit, at ob infirmiore valetudinem postea Lugduni Batavorum Medicinam coluit. In hac etiam (Belgio, Angliâ & Galliâ peragratis) ibidem, sc. Lugduni, summos honores, ac Doctoris gradum, præviâ Disputatione inaugurali de *Apoplexiâ*, an. 1684. assumpsit, & paullò post in patriam redux, primisque nuptiis Primarii Physici Rigenfis, & Archiatri Regii, *D. Nicolai Vitte à Lilienau*, secundis verò *Francisci Dunte*, Portorii Præfecti, gener factus, ad obitum usque suum, praxin Medicam feliciter exercuit.

M. Michaël Pinsdorffer / Regiomont. Prussus, Scholæ Rigenfis ab an. 1681. Rector, jam verò etiam ab Amplissimo Senatu ad *Professionem Philosophicam* in Gymnasio obeundam vocatus, munus hoc d. 6. Septembris Oratione solenni auspiciatus est.

DORPATI

M. Iohannes Uppendorffius, Græcæ & Orientalium Lin-
Aa 2 gva-

gvarum Professor, (de quò mense Ianuar. p. 11. & Maj. p. 76. nec non Jun. p. 94. diximus) d. 4. Sept. hujus anni obiit. Is quinquagesimo tertio abhinc anno natus fuit *Tunderæ*, in Ducatu Slevicensi, & Kilonii literis operam dedit, ubi an. 1668. Præsides *D. Matthiæ VVasmuthô* disputavit de *Vsu Philologiæ Hebrææ in Theologiâ Exegetico-Polemicâ*; item, Præsides *Adamô Tribbechoviô*, de *Signô Crucis*; nec non an. 1670. Præsides *D. Cæsone Grammio*, de *Sanguinis Esu*, pro consequendis summis in Philosophiâ honoribus. Seqventi anno 1671. ipse Præsides, Respondente *VVilhado Fabritio*, ἀρχιμα Philologicum contra *Abusum Philologiæ Hebrææ in Theologiâ Polemicâ* proposuit. Postquam ex Academicâ discessit, *Holmiæ* primùm Rectoris munere per sexennium functus est in Scholâ Teutonicâ; deinde *Rigam* Livoniæ vocatus, ab an. 1678. ad præsentem usque annum ibidem *Regio* Lycéo Rector præfuit; Tandem ante aliquot septimanas *Dorpatum* concessit, ad capeffendum Græcæ ac Orient. LL. Professoris officium. Sed, (quæ mira factorum via est) postquam hanc vix salutavit Academiam, novumque munus, ipsi demandatum, Oratione inaugurali (quam de *Divino S. Literarum κειμήλιω* sanctè adhibendo habere animum induxerat) nondum, fuit auspiciatus, morbo scorbutico correptus, cum magno omnium bonorum luctu ad plures abiit. De *Schematicô Geographicô*, ab ipsò editò, ut & de *Sciographiâ Chronologico-Historicâ*, adhuc edendâ, mense Ianuar. p. 11. egimus; Præter istos ingenii fœtus, sibi proposuerat adornare *Vindicias dicti Dan. IX, 27. de confirmatione fœderis* &c. contra Chronologum quendam, qui sub *Nathanaëlis Philadelphi* nomine *Chronotaxin Heptadietericon* evulgavit: Constituerat etiam nonnulla commentari de *Ritibus Iudaicis*; Sed ea, aliæque plura id generis propofita, luctuosâ Academicæ, & orbi literato optimi viri morte intercepta sunt.

HOLMIAE

Die 5. Septemb. *Bollerus Luxdorff*, Dominus de *Cörup/Sandbye*, & *Rosengaard*/Potentissimi Daniæ Regis Secretarius supremus, Consiliarius Collegiorum Statûs, & per sexennium in *Aulâ Augustissimi Svecorum Regis* Legatus Extraordinarius, natus *Hafniæ*

Hafniæ an. 1643. d. 19. Iulii, & præter insignem eruditionem, maximâ publicorum negotiorum experientiâ, summâque in Dominum fide illustri, vitam cum morte commutavit.

NIDROSIAE in NORVEGIA (vulgò *Drontheim*)

Præcedenti mense Septemb. *Petrus Schumacher*, qui *Greiffenfeldii* nomine notissimus est, clementissimo Regis permisso obtinuit, ut ægri corporis curandi causa è custodia Munckeholmensi in hanc civitatem sese conferre ipsi licuerit.

HAFNIAE

Die 12. Septembris *Michaël Zachaus*, Cremnitio-Hungarus, per quadraginta duos annos in Ecclesiâ Germanicâ Cantoris munere functus, septuagesimò quartò ætatis annò obiit.

Die 27. Septembris Serenissimus Princeps, CAROLVS, Hassiæ Landgravius, (è domo Cassellana) in Academiam Regiam Equestrem introductus fuit, quem *Hermannus Fridericus Meyer*, ejusdem Academiæ Alumnus, (filius *Reinholdi Meyer*, Consilarii Statûs, &c.) Oratione Gallicâ, publicè habitâ, excepit.

Jacobus Henricus Paulli, de quo mense Iulio p. 116. dictum, *Hymnologię suæ sacræ* ibidem memoratæ, nova additamenta adjecit, *Decadem* scilicet *nonam & decimam*, ex folio tertio *Trifolii Sacri Serotini*, quod Ienæ an. 1676. prodiiit. (2½. plag. in 12.) In isto Cantilenas rhythmicas Latinas pangendi genere etiam non infelix est *Ianus Lönborgius*, *Christierni* filius, Othonia-Danus, in cujus Musæo integrum *Canticum Canticorum* hoc modo elaboratum latitat, & anhelat, ut impensis bibliopolæ cujusdam editoris luci publicæ exponatur. Idem quoque scripsit *Thesaurarium Providentiæ divinæ*, ex Gen. 22, 14. *Dominus providebit*, quod in Musæo *Iulii Conradi Rüdemanni*, Brunsvicensis, reconditum, typothetæ manus expectat.

Cæterum paullò ante dictus *Jacobus Henricus Paulli*, nuper unâ cum *Friderico Adolpho Hansen*, Consiliario Regio, (a Legatione Svecicâ reverso, ac nunc in Hispaniam ablegando) à S. R. Majestâte Daniæ Nobilium Ordini fuit adscriptus; obtinuitque

prior cognomentum à Rosen-Schild / posterior verò ab Ehren-Krohn.

OTHONIAE in FIONIA

Thomas Broderus Bircherodius, Eloqv. Prof. & Scholæ Cathedr. Rector, præter ea, quæ mense Augusto p. 143. memoravimus, ingenii monumenta, *Origines lingvæ Septentrionalis Islando-Sveo-Gotho-Cimbricae, ejusdemque cum pluribus aliis Asiæ & Europæ lingvis affinitates*, præ manibus habet, primam alphabeti literam mox Speciminis loco editurus. Vnde forsân discant Germani, Galli, Britanni & Itali, meliores lingvarum suarum origenes, quàm hæcenus orbi literato communicarunt.

CARTEMVNDÆ in FIONIA

Matthias Henr. Schachtius, Rector Scholæ Cartemündensis in Fionia, varia curiosi argumenti opera, partim sub manibus, partim prælo parata habet, quorum hic est syllabus:

Enarrationum Historicarum de Grönlantiâ Collectanea, cum mappis Geographicis & Hydrographicis, multis antiquitatibus referta. in fol.

Phonascus Danicus, totam Musices artem, quæ theoriam, quæ praxin spectat, tractans, cum multis rarioribus in *Compositione* Itallorum novissimis experimentis, fidibus & instrumentis, quinimò voce canendis, & demum Organo pulsandis. in fol.

Designatio Medica de variis Humani Corporis Morbis, eorumque definitionibus, differentiis & curationibus, ex optimorum Medicorum operibus congesta. Accedit in nuce *Chymia*, sive Enucleatio Chymicæ, cum Appendice de *Medicamentorum Chymicorum compositione*, in quâ varia Chymicorum arcana deteguntur (junctim hoc opusculum bonò cum Deò publico dabitur, cum inscriptione: *In Nuce Medicina.*) in fol.

Robur Vngaricum, præcipuorum in Vngariâ fortalitiarum situationes & historias cum figuris exponens. (Hæc elucubratio adhuc sub calamo sudat) in fol.

Bibliotheca Musica, sive Musicorum clarissimorum, eorumque scriptorum recensio alphabetica, multò studiò multâque lectione collectus. in 4.

Γνωσις Topographica Centri Maris Baltici Guthilandie, Historiam Ecclesiasticam, Politicam, moralem & naturalem, cum mappis Geographicis ac Hydrographicis, nec non varia Antiquitatum specimina, numismata, utensilia, Palatia, Tempa, Sigilla, & ejusmodi alia multa, exponens. (Quotidianis studiis adhuc in umbra augetur, antiquitates quasdam à Patria anxie desiderans.) in 4.

Dissertatio Philologico-Historico-Physica de *Cochleis, Conchis & Conchylis*, cum Iconibus. In præfatione Mulæ rariora Europæ totius recensentur. in 4.

Observationum Physicarum Analecæta, de *Animalibus odoriferis*, imprimis verò de Hyæna, vulgò Civetta, itemque de Caprâ Moschi. Illustrantur varia experimenta de Moscho & Zibetho. Cum figuris. in 4.

Chronologia Academica Europæa, de omnibus in Europa Academicis, earumque fundatoribus, Professoribus, Auditoriis, Collegiis, Bibliothecis, &c. ordine alphabetico congesta. In Præfatione de Scholarum, Gymnasiorum, & Academicarum ortu & progressu à Diluvio ad nostra tempora succincta continetur historia. in 4.

Enucleatio solidissima institutionum *Physiognomiae & Chiromantie*, ex probatissimis Auctoribus conflata. Cum figuris. in 4.

Observationes miscellanæ nov-antiqæ *Physico-Historicæ*. Cum fig. in 4.

Theorematum Politicorum libri III. Præcepta, expositiones, accommodationes, & corollaria continentes 1. Imperiorum, 2. Regnorum, 3. Ducatum, 4. Retumpublicarum. in 4.

Observationes Botanicae de Plantis circa Cartemundam spontè nascentibus. in 4.

De *Mirandis in nostro Septentrione*, imprimis verò *Daniæ & Norregiæ*, *Lapidibus figuratis*, cum multis figuris, Dissertatio Physica. in 4.

Compendium *Geometriæ*, cum fig. in 4.

Præcognita Matheseos, de lineis rectis, obliquis, parallelis, triangulis, quadrangulis, &c. cum *Horologiorum* conficiendorum, nec non *Castellorum & munimentorum* formatione. in 4.

Lexicographia, sive Conspectus Lexicorum omnium Facultatum,

tatum, Artium & Langvarum, &c. in 8.

Vfus practicus de *Globo Terreſtri* cum fig. in 8.

Compoſitiones variae Muſicales, tam ſacræ quam prophanz, a
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Voc. cum instrumentis diverſis canendæ.

Plura alia mente ſervantur, quæ felicior olim vita, ſi Deo libi-
tum fuerit, calamo exponet.

SLESVICI

Detblevi Cluveri Methodus Infinitorum Similium,
Figuris Geometricis, Numeris & Regulis Algebraicis uberius de-
clarata, additâ novâ dimenſione *Parabolæ Quadraticæ, Cubicæ, &c.*
ſecundum omnes potentiarum gradus: nec non *reſolutione Cen-
trobarycæ Spatii Cyclici* in infinita plana ſimilia,
quæ ſint in ratione Numeri ad
Numerum.

Fig. I. Quælibet nimirum linea ſive Recta ſive curva, ſic & Super-
Tab. VII. ficies & quævis corporum compages infinitæ diviſionis capax eſt,
Septem- ſpectata tamen ut integra ſive continua ſummam illam *Unitatis in-
bri additæ diviſæ* ſpeciem ſive imaginem undiqve exhibet: hanc progreſſionis
indolem obſervans, quod per analyſin diſcerpta in innumerabiles
particulas $\frac{1}{2} \frac{1}{3} \frac{1}{4} \frac{1}{5} \frac{1}{6}$ &c. nunquam ad primam per numeros

acceſſum præbeat; vel ſi ex infinitis unitatibus eadem (tanquam
Elementis redintegrantibus) componatur, ultimam attingere
haud permittat, quamvis ſub uniformi Similium Ideâ inter extre-
ma finitam ſedem ſibi figat, adeo ut axioma illud, *infinitorum ne-
que primum neque ultimum dari*, hoc quidem ſenſu à veritate haud
diſcedat. Sicuti autem illa de *Compoſitione continui* tam variè a-
gitata diſquiſitio, inextricabili ferè Labyrintho clariffimos quon-
dam Græciæ Philoſophos detinuit, cum aliis ut *Leucippo, Democri-
to*, ejusque diſcipulo *Epicuro* in indiviſibilibus velut *atomis* tandem
ſubſiſtendum eſſe videbatur. Scientiſſimis verò ut *Pythagora, Pla-
tone, Zenone, Euclide*, ac reliquis *Mathematicis* cum *Ariſtotele*, ſectio-
nem Spatii in infinitum protrahendam eſſe, conſtanter aſſerenti-
bus. Numeris præterea an Linea antiquior vel prior eſſet, ſic
an quantitas continua diſcretæ ſit præferenda, nova fuit quæſtio.

Au.

Autori nostro in hac suâ methodo ea per rationes evidentissimas probatur sententia, quæ actu infinitas partes in quovis extenso requirit, sub formâ nempe unius per continuas, primæ existentie vires colligatas, quas deinde dinumerando, potentiâ tantum analogicâ mens humana percipit: neque enim Geometra dum spatium dividit, partes inibi de novo fingit, sed jam à naturâ designatas ad suas potius transfert demonstrationes. Sic neque Numerus ante Lineam, nec Linea ante Numerum sed utraqve simul compositi Schema perficiunt, licet Pythagorei ex numeris etiam puncta deducant, cum *Ἀριθμὸς* ipsis definiatur *res sapientissima*. Extensum quippe in infinitum divisibile hoc modo nihil aliud in suo recessu fovet, quàm summam illam Unitatem rerum omnium genitricem ab infinito intervallo suspiciendam esse, quæ inaccessio lumine infinitæ dinumerationis actum sustinet. A profano tamen illo errore, quò Spiritum Divinum in immensum quoddam corpus transformare, vel Deum sensibilis mundi formâ induere, ac veluti animam Catholicam rebus omnibus infundere, vel Naturam loco Numinis adorare, quidam ausi fuere, quàm maxime abstinendum iudicat. Veterum enim *Ægyptiorum*, *Stoicorum* itidem, *Sadduceorum*, sic *Poëtarum* tam Græcorum quàm Latinorum hæc perversa fuit imaginatio, quæ dum *Ἐκτύπον* cum Archetypo confundit, effectum ab ipsa causâ haud discernere novit. Quibus tenebris tantum non hoc seculo Athei ac præcipui nominis Physici adhuc dum occæcati, misere in determinandâ verâ Dei notione hallucinantur, quorum haud exiguum numerum passim in variis Europæ regionibus se deprehendisse testatur Autor noster. Nominibus parcit, nisi notissima essent *Th. Hobbesii* principia pseudo-politica, qui palàm, se nullum præter hunc sensibilem Mundum agnoscere Deum, asserere haud erubuit. Quibus cum illa *Campanellæ*, *Berigardi*, *Spinosæ* & aliorum exosa dogmata planè sint consona, merito hinc eliminanda veniunt, cum vitiosissima hinc, in Philosophia morali vulgo deducantur consectaria. Originem ac progressum Universi à Deo rationalis illa ab infinitâ Unitate promanans Synthesis demonstrare poterit, quâ ad veram Creatoris notitiam mens elevata, Naturam absque Deo, nil nisi Chimæram esse, illico agnoscat, ut

frustra omninò vel ad fortuitum Atomorum concursum, vel indirectam legum Mechanicarum necessitatem, loco principiorum confugiant isti fabricatores Nihili.] Ex nihilo enim ut nihil sit, sic ex meris punctis lineam vel quodvis extensum inani prorsus cumulo signaveris. Vulgè quidem ad explicandas Magnitudinum generationes fluxum puncti, lineæ & plani adhibent, sed dum spatium per quod sit transitus, jam ante suspicant, nil nisi viam motûs designare poterunt. Minimum proinde in quovis genere continui, ab ipsis distinguendum erit terminis sive extremis. Cumque omnium similium basis, origo, & forma sit Unitas, simplicissima ejusdem ad infinita similia applicatio, mensuram omnis dimensionis præbeat necesse est. Sic linea recta, quæ ex æquo sua interjacet puncta sive extrema, Longitudinis, sic Circulus Anguli sive inclinationis normam exhibet. In planis Superficies Quadratica: in solidis Cubus eligitur. Quacunque enim irregulari textura quantitates coalescant, modo consistet quæ sit earundem ratio ad simplicem ac finitam cujusvis generis figuram sive magnitudinem, mox omnis anomalix cognita & superata erunt diverticula. Cur autem Triangulum in planis, sic Pyramis in solidis, (cum sint Elementa figurarum omnium) Quadrato & Cubo in stabilienda communi mensura hic cedant, tum ob facilitatem dinumerationis tum evidentiorum omnium laterum & angulorum rectorum æqualitatem, sic usu receptum videtur. Eodem tamen recidit sive Trigonismum sive Tetragonismum figurarum quis invenerit, sive Cubum sive Pyramidem æqualem quæsito corpori exhibeat: Ipsa equidem vulgaris numerorum expressio, in spatio per Δ la similia decurrens, quadratos: per Conos similes Cubos procreat, & quidem infinitos in quolibet extenso finito: Est enim quælibet linea infinitus unitati cumulus $1 + 1 + 1 + 1 + 1$ &c. Sic quadratum & Cubus ex infinitis ejusdem formæ minimis itidem coagmentantur. In circulo autem ejusque Peripheriâ Infiniti perfectam syllogem quàm maximè admirari licet, dum angulos constituens, linearum ad se invicem inclinationem dirigit, unde omnis Analogiæ & Rationis primordia derivantur, atque ipsa Δ li exoritur genesis: ut enim a ad b sic $a + c$ ad d sic $a + c + e$ ad f &c. qua linearum serie, differentix eandem ser-

Fig. 2. & 3.

Fig. 4.

servant rationem quam earundem distantiarum, nam $\frac{f - d}{b - d} = \frac{e}{c}$

sic $\frac{b - d}{b - o} = \frac{c}{a}$ Quemadmodum verò Similitudinis Quantitatum

immensa est varietas, dum ab uniformi gradu ad omnes in infinitum *diversas* assurgat, sic generatim in hac infinitorum Scientia illæ potissimum *Similes* dicuntur quæ eidem Potentiæ secundum eandem compositionis formam subjacent, atque ab eâ constanti ordine ad existruendam figuræ magnitudinem adhibentur. Ex eodem ad infinitum Cyclicum respectu, definitio illa Algebraica cujusvis lineæ per Spatium traſeuntis extrahitur, quam hîc ut maximè necessariam præmittendam duximus. In quovis enim $\triangle$ lo v. g. $A B C$ datis lateribus & segmentis $a b$ quadratum $D^2 = \frac{a^2 B^2 + b^2 A^2}{a + b} - ab$: quæ

æqvatio incognita vel neglecta, tanti ac tam immensi est usus, ut vix ulla in dimensionibus investigandis plures admittat interpretationes, hinc enim & Perpendicularis linea, sic bisecans aream, basin & angulum, vel alia quævis, sub quacunque demum ratione a ad b se habeat, statim determinari poterit. Hinc ex datis A & B nec non lineâ secante D cum ratione segmentorum a ad b latus C : vel ex datis segmentis a & b cum lineâ D , & differentia, vel summa sic rectangulo sive potentiis laterum, ipsa A & B , uti ex omnibus lineis $A.B.C$ & D rationem a ad b , vice versa discernere licebit; quæ Geometriæ infinitorum summè necessaria Problemata (nullibi adhuc exposita) hîc exprimenda fuere, cum genesis figurarum Curvilinearum suam inde trahat originem. Præstantissima autem illa Linearum Triga : *Perpendicularis* videlicet, *Centrobarica* & *Goniometrica* (*bisecans angulum*) in toto ferè infinitorum Systemate Monarchicum videtur exercere Imperium, ut Algebraicam eorundem formam hîc attexere, haud inconueniens quis judicaverit. Brevissimam scilicet trium punctorum à se invicem distantiam illa Cathetorum monstrat positio & intersectio. Ex tribus proinde perpendicularibus vel radiis ex puncto concursus ductis, quomodo indagetur area vel magnitudo Laterum ambientium, à

nullo itidem Geometrâ adhucdum declaratum invenies. Sic ex tribus Lineis à Centro gravitatis procedentibus vel à puncto bisectionis angulorum protensis, quâ ratione Δ lare Spatium claudatur, nullâ quoque regulâ descriptum habetur. Ab intimâ figuræ synthesi ad externa si progrediaris ligamina, inversis ratiociniis mira hîc sese offert analogiæ catastrophie. Innumerabiles autem harum linearum definitiones qui desiderat, in qualibet figurâ Geometricâ novam earundem inveniet Ideam, aliquas saltem hîc adjungere sufficiat. Cyclicè nimirum in Δ lo ABC si exquiratur Cathetus, supponendo C latus in quod cadit eadem, sintque A & B latera adjacentia

basi, erit quadratum perpendicularis $\frac{d^2}{2} C - \frac{d^2}{2C} \text{ in } \frac{f^2}{2C} - \frac{1}{2}C$

per f videlicet denotando summâ laterum, sic per d eorum differentiam. *Ellipticè* ac *Hyperbolicè* (ad evitandas multiplicationes quadraticas) si potentia resolvantur in aggregata & differentias, eadē brevissimè hoc modo colligitur, quocunque situ latera assumantur. $A+B+C$ sit factum ex aggregato laterum $= f$. Excessus verò, quò duo latera superant tertium, notetur per e , Differentia autem duorum laterum basi adjacentium signetur d , Perpendicularis erit

$$2\sqrt{\frac{fe}{4} - \frac{fed^2}{f^2 - 2ef + e^2}} \text{ est autem } \frac{f-e}{2} = \text{basi: Linea hanc bise-}$$

cans $= 2\sqrt{\frac{ef+d^2}{4}}$ quæ triplici formâ in quovis Δ lo per quadrata

aliàs exprimitur, h. m. $\frac{2\sqrt{A^2+B^2}}{2} - \frac{1}{4}C^2$ &c. Sic Bifecans angu-

lum æquatur $2\sqrt{\frac{fe}{4} - \frac{fed^2}{f^2 + 2ef + e^2}}$ unde area Δ li invenietur undiq;

æqualis $2\sqrt{\frac{feC^2 - fed^2}{16}}$ quæ prolixiori calculo (ut vulgò fieri solet)

experimetro $= f$ & differentiis abc in se ductis, itidem haberi po-

terit, æqualis scilicet, $2\sqrt{\frac{abcf}{16}}$. Quod si non divisim sed con-

junctim ex tribus perpendicularibus & tribus lateribus eadem sit figuranda

guranda area, prodibit $\frac{P^2 + P_1^2 + P_2^2}{A^2 + B^2 + C^2} = \frac{4}{4} \frac{4}{4} \frac{4}{4}$. Trigonice autem ex ipsis

differentiis Trianguli specificis, quomodo hæ lineæ sint indagandæ, ex figurâ 7. addisci poterit. Sicuti innumera alia problemata, quæ hinc deduci possunt, alibi ab Autore nostro demonstrata invenies, sed quæ hic, dum brevitati litamus, non attingimus: tot enim in unicâ Δ figurâ latent mysteria, quibus enumerandis nulla sufficeret ætas. Eodem modo Trapezium, ex duabus parallelis constans, tot variis analogiis, ad Spatii doctrinam illustrandam, refertum est, ut Mensæ prorsus aureæ nomen mereatur, simili omnino condecorandæ elogio, quò Hermetici suam Tabulam Smaragdinam vel mensam Isiacam venerantur. Sed quod mireris, inter omnes Tetragonistas nemo extitit, qui ex 4. ejusdem lateribus datis, vel diagonales vel aream vel secantes Algebraicè sibi exquirendas sumpserit, etsi in hoc Isidis bomisco sive arâ Minervæ summa infinitorum principia recondita sint. Litera H Harmonicam sectionem Musicæ demonstrat, quod si A & B in intervallo διασσων s. octava consistant, ipsa Quartam sic dictam sonabit. G signat lineam Centrobarycam, puncti gravitatis metam. I magnitudinis centrum refert. Characterismos harum omnium in promptu habeat, necesse est, qui veram Geometriæ notitiam sibi comparare voluerit. Quadrata diagonalium hic exposuisse sufficiat; Sunt enim $DA + \frac{C^2 D - B^2 A}{D - A}$ & $DA + \frac{B^2 D - C^2 A}{D - A}$ Sic quadratum bisecantis lineæ $\frac{B^2 + C^2}{2} + \frac{DA}{2} - \frac{D^2 - A^2}{4}$ Q. Perpendicularis verò $\frac{B^2 + C^2}{2} - \frac{D^2}{4} +$

Fig. 5.

$$\frac{CA}{2} - \frac{A^2}{4} - \frac{\frac{D^2 - B^2}{2}}{\frac{D - A}{2}} \quad \text{Quæ ex perimetris & differentiis breviori}$$

ferma infra exhibita videbis. Ast Trapezium irregulare Fig. 6. ex duobus majoribus vel quatuor minoribus Δ lis compositum, pari vel

Fig. 6.

majori dignitate suam per bisectiones & formas Rhomboidum ostentat Similitudinis *ἰσοψηγῶν*. *Obstetricem* dixeris vel *Deam* quandam *Lucinam*, quæ ex Chao dissimilium maximè universales extrahit Infinitorum analogias, quibus ad extruendum Spatium Intelligentiæ Tacticæ perpetuum deinde præstant obsequium. In Orbe Politico quanti sit res momenti exquisita ac debita Maris & Fœminæ conjunctio, feliciter ex eadem succrescens Rerumpublicarum ostendit forma ac potentia. Eodem successu in Mundo Logistico, qui fœcundissimum hoc duorum Elementorum connubium ignorat, vel transfilit, sterilem ac male contextam Spatii magnitudinem mox despiciet. Leges utique domesticæ Societatis naturalis prius stabilicndæ erunt, quò publicæ omnium, certius postea dirigantur. Sed fidem ferè superat, tot tantosque Geometras figuris curvilineis quadrandis intentos (quibus infinita numero Δ la in unam contrahere summam animus fuit) duorum trium vel quatuor synthesein benè ordinandam neglexisse. Quàm latè proinde hujus Trapezii exacta procedat notitia, ac quibus indagandis mysteriis eadem inserviat, in omnibus illis ab Autore nostro designatis Tetragonismis Cyclicis, continuo velut specim̃ ine obvium erit. Illam præsertim Quadrandi formam per infinita Δ la isometrica (sive æqualis areæ) Circulo inscripta, quam *Plutonicam* vocat ac Terræ nostræ consecratam voluit, Algebraica hujus quadrilateri perfectio primo sibi vindicat loco, cujus propaginem ac sobolem alteram illam fuisse, Fig. 13. 14. expressam, ipsa bisectio comprobatur. Quamlibet enim in Cælo Stellam, dum novam infiniti per Circulum comprehensionum interpretatur, innumera itidem Corporum artificia hinc exorta, novas semper Compositionum Ideas sibi postulare, evidens est, quas ex hoc uberrimo Triangulorum consortio deductas, constans similium propagatio tandem velut absolutas consignare poterit. Haud pœnitendo igitur opere, quisquis interiora hujus figuræ rimari voluerit, immensam problematum varietatem ac molem ne reformidet, ex Parallelismo enim linearum Fig. 5. ad inæqualem laterum situm elevato, prima ratiocinii incunabula sese offerunt. In circulo si inscribatur hoc Naturæ seminarium, ultra 4. illa latera mox 12. fabricæ assurgunt Magistri,

ftri quibus Diagonalium & ratio & magnitudo statim producitur.

Nam $\frac{AC + BD}{AB + CD}$ ipsa transversalium quadrata $\frac{AD + BC \text{ in } AC + BD}{AB + CD}$

& $\frac{AD + BC \text{ in } AC + BD}{AC + BD}$ constituent .In rebus Physicis, imprimis

autem Anatomicis, Musculorum motus, Cordis structuram, ejusque Systolen ac diastolen, incensus Animalium, Circulationes Humorum, Vibrationes & Oscillationes Corporum, cum reliquis abstrusis Mechanices principiis, ex eodem rationum involucro perbellè eruet peritus Minimerum Scrutator. Verùm præmissis ac quadantenus expositis iis, quæ ad discutiendas difficultatum tenebras in limine prænoscentia videbantur, ipsam ab Autore nostro inventam universalem quadrandi methodum tam in planis quàm Curvilineis Spatiis ut exponamus, series Figuratum deposcit. Sed cùm illud hac vice chartæ nostræ angustia non permittat, in alium mensem disferendum est.

KILONII

Tractatus Celeb. Mathematici Kiloniensis de *Novo Horologio*, quem, postquam superiori anno Germanicè editus fuit, mense Martio (p.38.) Latino idiomate excusum iri diximus, revisus & auctus nuper prodit, hòc titulò: *Samuelis Reyheri, IC. in Academia Christian-Albertinà Cod. & Mathem. P.P. Novum Horologium, mediante quò Dies naturalis, semper hactenus in horas XXIV. longas divisus, ob duplicem Cyclum intercalarem, non tantùm in XXIX. breves, ac XXXIII. breviores: sed etiam accuratioris demonstrationis gratia, in XVI. longissimas, ac in XXXVII. brevissimas horas ità distribuitur, ut Annus Solaris exactè mensurari, & Calendarium in certam, immutabilem, naturæque convenientem formam redigi, Meridiani etiam accuratissimè disponi, ac hoc modo Locorum Longitudines corrigi queant Opus Astronomis, Chronologis, & Geographicis, apprimè utile, & quodammodo necessarium. Kilix, literis Ioach. Reumannii, Acad. Typogr. 1699. (3. plag. in 4. cum 2. figuris Horologii, æri incisus.)*

Iohannes Ludovicus Hannemann, Med. D. & Philosophiæ Naturalis Professor Ordinarius, nec non Leopoldinæ Societatis Col-

Collega, dictus *Nestor II* Tractatum illum, quem mense Martio p. 40. sub prælo calere diximus, jam typis exscriptum cum erudito orte communicavit, hoc titulò:

Mysterion Papali Coronæ adscriptum Non-Ens, seu Commentarius in Cap. XVII, v. 5. Apocal. quò demonstratur, Papali Coronæ Mysterion nunquam fuisse inscriptum. Iuncta Epistola Poggii Florentini, de Exustione Hieronymi Pragensis.

Hamburgi apud Gothofr. Stebezeit. 1698. (4. plag. in 8.)

Argumentum hujus libri ex ipsò titulò patet. In eò enim occupatus est Cl. Auctor, ut asserat, triplici Coronæ Papali (quam vulgò *il Regno* appellare solent) vocem *Μυστήριον* sive MYSTERIUM, à S. Iohanne in fronte Meretricis Babylonicæ conspectam, nunquam inscriptam fuisse; cujus sententiæ contrarium Non-nemo contra *Iac. Bénignum Bossuet*, Episcopum Gallum, statuit. Deinde additur lectu dignissima *Ioh. Franc. Poggii Florentini ad Leonardum Aretinum* Epistola, quâ condemnatio & supplicium *Hieronymi Pragensis*, an. 1416. Constantiæ ob imputatum hæreseos crimen combustum, cum multâ hujus viri laude describitur. Epilogus libri denique *Commentatiunculam* super locum maximè controversum Apoc. XX, v. 1. 2. 3. continet, quâ statuitur, *Millennium* istud Apocalypticum nondum implerum, sed adhuc suò tempore venturum esse.

Idem D. *Hannemannus* tractatum molitur, qui inscribitur: *Diascepsis Philosophico-Theologica, de Obsessis vel Energumenis, eorumque vera & suspecta per signa diagnosi, contra Hobbesium, Spinosam, Becke-rum & VVellerum, quatuor famosissimos nostri seculi empæctas. Quod opus, nisi alia negotia sufflamineat, nundinis Lipsienlibus V. D. vernalibus in publicum prodibit.*

Die 24. Septembris Præside *M. Matthiâ Nicolao Kortholt* (B. D. *Christiani*, Theologi, filio) de *Amore sui vitiosò* disputavit *Rudolphus Philippus Iacobi*, Malchov. Megapol. (2. plag. in 4.)

LV B E C A E

Die 19. Sept. *Dietericus Röchi* Lubecensis, hætenus primarius Scholæ Cathedralis Collega, à Rev. Capitulo Lub. Pastor *Geninensis* (in viciniâ) constitutus est; successitque ipsi in munere Scholastico *Ioh. Caspar Ullich*, Thuringus, Cantor Cathedr. Raceburgensis.



NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Novemb. M DC XCVIII.

ROSTOCHII

Andreas Daniel Habichhorst, S. Th. D. & P. P. Fctis Theol. Senior, cum approbatione R. Fctis suæ typis exscribi curat *Tractatum Germanicum Anti-Iesuiticum*, qvi solidas continet responsiones ad XII. dilemmata Iesuitica, totidem captiosis qvæstionibus Ecclesiis Evangelicis proposita, qvemqve tractatum is *Viennæ* an. 1686. rogatus à præcipuis qvibusdam Viris Lutheranis Evangelicis, ibidem commorantibus, & periculo seductionis Iesuiticæ tunc obnoxiiis, adeòqve refutationem ac informationem desiderantibus, consignavit, cum ibidem negotiorum causâ per qvatuor menses subsisteret, atqve Augustissimo Imperatori LEOPOLDO (præviâ Oratione in palatio Cæsareo, coram Imperatore, qvi clementissimè ad illam ipse respondebat, habita) in Semicenturiâ purissimorum partimqve metricorum planè Anagrammatum, ex nomine titulisqve Imperatoris confectorum, tot palmas, qvas Victor à Turcis gloriosissime tulerat, gratulatus, iterumqve ab Imperatore audius esset. Inscriptio tractatûs est sequens: **Dreyhöffiger Stürmer des Iesuitischen in 12. dilemmatischen listigen Fragen abgefaßten/ und den Evangelischen Kirchen zur Verführung übergebenen/ so genandren Zweyhöffigen Mäurbrechers Lutherischen Irgeistes/ welchen anfangs zu Wien im Jahr 1686. auß Begehren einiger vornehmen Evangelischen/ sich daseibst aufhaltenden Personen/ schriftlich zum Unterrichte und Wiederlegung aufgesetzt; text aber/ da leider dergleichen list und Jesuitische Verführungen bey Hohen und Niedrigen überhand nehmen wollen/ denen Evangelischen Christen hie und dort/ so wohl zu besserer Unterweiss- und Stärkung in der wohlverstandnen Warheit Lutherischer Lehre (welche die wahre Apostolische und alte Römische Catholische Lehre ist) als**

auch zur ernstlichen Warnung/ sich vor den Jesuitischen herrleglichen Irrgeist und aberglaubischen/ von der Apostolischen Lehr abgefallenen/ Pöbßthum wohl und weislich zu hüten/ Amptis/ Bewissens und schuldigen Eifers wegen/ dem öffentlichen Druck mit approbation der Theol. Facultät übergibt Andr. Daniel Habichhorst/ der N. E. Christe D. &c. Kestock gedruckt bey Joh. Weppling/ der Acad. Buchdr. 1698. (in 4.)

Idem jam laudatus *D. Andr. Dan. Habichhorstius*, Disputationes suas super Theses, ex universâ Theologiâ fidei selectas, XII. Respondentibus Opponentibusque mense Septemb. (ceu pag. 174. diximus) inceptas, ita continuavit, ut mense Octobri octies diebus Mercurii & Sabbathi à meridie disputaverit.

Die 5. Octobris sub præsidio *Iohannis Nicolai Quistorpii*, SS. Th. D. & PP. ad D. Nic. Past. & Minist. Directoris, Collegii Theologici, Theses ex universâ Theologiâ selectas exhibentis, & ante octiduum publicò Programmate indicti (ceu mense præcedi p. 175. retulimus), Disputationem primam (unicâ plagulâ constantem) habuit Auctor *Albertus Ioachimus Kratzevix*, Eqves Megapolitanus, SS. Theol. Cultor; Cujus mense Apr. p. 52. mentionem fecimus. quique præter tria illa, ibidem memorata, alia etiam publicè disputando specimina edidit, scilicet unum *Exegeticum*, Præside *D. Andr. Dan. Habichhorstio*, de *Lucifero Auroræ filio, ex cælu prolapsò, ex Ilai. XIV, 12. an. 1695.* alterum verò *Historicum*, Præside *M. Ioh. Gottlieb Möllero*, de *Dantiscano, ex Historiâ sæculi II. Bæclerianâ, an. 1694.*

Disputationem secundam hujus Collegii, de *tutissimâ Religione*, aliisque quæstionibus, d. 19. Octobr. Commilitonum examini submisit Auctor *Arnoldus Richertz*, Altona-Hollatus. (1. plag. in 4.)

Præside *Iohanne Ioachimo Schæpffero*, I. V. D. & Codicis P. P. Com. Palat. Cæs. ac Consistorii Ducalis Assessore, Collegii Disputatorii in *Digesta*, superiori mense cæpti (vid. Octob. p. 173.) Disputationem quartam de *Restitutione in integrum* d. 1. Octob. habuit *Balthasar Schmaltz*, Stargard. Pomeranus; quintam, ex Lib. V. & VI. Digestorum, d. 8. Octob. *Iacobus Henricus Zerneke*, Thor. Prussus; sextam, ex Lib. VII. & VIII. Digestorum, d. 15. Octob. *Georgius Adamus*.

damus Schleusing/ Budisâ Lufatus; & Septimam, ex Lib. IX. X. XI. Digestorum, d. 22. Octob. Erdmannus Sigismundus Bartholdi, Francof. Marchicus. Singulæ Disputationes dimidio qvaternione absolvuntur.

Die 20. Octobr. *Iohannes Klein, I. V. D. ac P. P. Consistorii- qve Director, & hætenus Academix Rector, præviâ Oratione de singulari, qvamvis non agnitâ, illarum urbium felicitate, quæ Academicâ radiant luce, sceptrâ Acad. Rectoriqve munus tradidit Matthia Steinio, I. V. D. & Ptof. P. Senatorio, qvi simul Orationem habuit de fide circa observandas leges, Rectori Acad. stipulatâ manu datâ, inviolabiliter servandâ.*

Tandem scèpè nobis dictus *Jacobus Henricus Zerneke, Thorunienfis Prussus, occasione novi studiorum generis, qvò castris Theologicis Superiorum jussu desertis, ad Juridica transit, (ceu mense Ianuar. p. 8. memoravimus). die 29. Octobr. sub Præsidio D. Iohannis Joachimi Schæpfferi, P. P. paullo ante laudati, Dis- fertationem Iuridicam de Milite Desertore, proposuit, egitqve Cap. 1. de Milite Desertore in genere; Cap. 2. de Capitali poenâ mi- litis desertoris, & Cap. 3. de poenâ militis desertoris extraordinariâ.*

Prælo qvoqve paratum est opus posthumum B. *Danielis Fischeri, I. V. D. & Consulis qvondam Rostochiensis, Latina scilinet versio li- bri Italici, qvem Lucius Spineda superiori læculo exeunte de Consulatu Maris, edidit. Quatuor ferè alphabetis constabit hæc versio, cum impressa fuerit, & sequenti titulo gaudebit: Con- sulatus Maris, quo continentur omnia Statuta ac Ordinationes, ab Antiquis ad quemcunque casum commerciorum ac Navigationis dispo- sitæ: tam Nautarum, quàm Mercatorum, nec non navium ac navigi- orum Magistrorum commodo, unâ cum adjunctis Ordinationibus qui- busdam, classes maritimas, & securitatem, accessum discessumqve navi- um spectantibus, juxta editionem Venetam anno 1599. à Lucio Spi- neda, excusam, nunc Latina versione, necessariis ad textum notis, nec non summatiis capitum illustratus, à Daniele Fischero, I. V. D.*

STRALSVNDAE

M. Iacobus Wolfius, Gymnasii Rector, quem mense April. p. 53. Serenissimum Cimbriae Ducem FRIDERICVM, in Sveciam tendentem, Carmine propemptico dimisisse diximus, eundem Principem, cum Augusta Coniuge, HEDVIGE SOPHIA, inde reducem, pari modo elegantissimò Carmine vernaculò excepit, cui titulus: *Das mit dem nimmer untergehenden Pol- Stern und mit dreien Krohnen vermählte Cimber- Land.* (4. plag. in fol.)

Serenissimo huic Neo-nymphorum Sveco-Cimbricorum pari, etiam solutò sermone Latino gratulatus est, *Legati Scythici* apud Cúrtium l. VII. c. VIII. *παρωδῆμεν* ☉ interpres *Iurgen Bernhard Saurbrey de Sarbourg*, Eques Pomeranus, generosioribus studiis in Gymnasio Sundensi addictus. (2. plag. in fol.)

Prodiit quoque *Nova Epitome Grammatices Graecae Theophili Golii*, cum annexis quibusdam Graecis Aesopi fabellis, in usum tertiae Classis Scholae Sundanae accommodata. Stralsund. typis & sumpt. Heredum Mederianorum, 1698. (5. plag. in 8.)

REGIOMONTI

Die 25. Septemb. *Iohannes Henricus Hoyer* / Regiom. Prussus, post examen, & lectiones cursorias, Disputationem inauguralem, pro Licentiâ, summos in utròque Jure honores, & Privilegia Doctoralia ritè capeffendi, absque Praeside habuit, de *Nundinali Debitorum Privilegiò*. (2½. plag. in 4.) Quâ Disputatione finitâ à *Iohanne Christophoro Boltzio*, I. V. D. & Prof. Ord. Consiliario Elect. Brand. ac Consistorii Sambienfis Praeside, ad hunc actum Decano, *Licentiatum* utriusque Iuris publicè renunciatus est.

Die 30. Sept. *Zacharias Hess* / Regiom. I. V. Lic. & Prof. designatus, pro receptione in Facultatem in Academiâ Patriâ, disputavit de *Ufu & Auctoritate Juris Romani in foris Prussiae Ducalis*, Respondente *Conrada Steint* / Rostochiensis. (2. plag. in 4.) Hâc dissertatione Praeses (qui an. 1694. d. 12. Iul. in Academiâ Hallensi, postridiè Inaugurationis ipsius solennissimæ, præviâ Disputatione Inaugurali sub praesidio *D. Christiani Thomassii*, à *D. Samuele Stryckio* in.

in Licentiatum promotus est) probare nititur, deficiente Jure Statutariò Prutenicò, non ad Ius commune Cæsareum esse recurrendum; sed decisionem ex æquò & bonò petendam, nec Ius Iustinianèum in judiciis aliter observandum esse, quàm quatenus æquitatis & juris naturalis conclusiones continet.

Die 2. Octob. *David Stavinsky*, Regiom. Prussus, I. V. Licent. à Serenissimo extraordinarià Iuris Professione ornatus, de *Fendi alienati revocatione ex Iure προσημειωσως* pro loco disputavit, Respondente *Andrea Ludovicò Güntherò*. (3. plag. in 4.)

Die 5. Octob. *M. Paulus Rabe*, Gr. Ling. Prof. P. Ord. præteriti semestris Academiæ Regiomontanæ Rector, fascibus Academicis depositis, & *D. Bernhardo von Sanden*/ Theol. P. P. & c. traditis, *Orationem* resignatoriam habuit, de *Tempore adventus Magorum ad recens natum Salvatorem*. Idem, præter Disputationes, mense Jul. p. 109. & Sept. p. 159. memoratas, edidit:

Dispp. 7. de *Contradictionibus Aristotelis*, ab an. 1678. ad 1681.

Dispp. 4. de *vero & genuino per quæstiones disputandi modo*, 1681. & 82.

De *Definitione Boni* à veteribus traditâ, ex I. Eth. I. Resp. *Frid. Lepnero*, R. P. 1682.

De *Morte Alexandri M.* Resp. *Ioh. Christiano Dieterici*, Vratisl. 1682

De primo axioma Politico: *Omnis ars, omnis methodus, actio item & proæresis, bonum aliquod appetere videtur*. Resp. *Ioh. Blöch*, Insterb. Pr. 1682.

Dispp. 2. de *Naturâ & Constitutione Politices*, 1683.

Disp. priorem de *Naturâ & Constitutione Metaphysices*, 1684.

Dispp. 4. de *Naturâ & Constitutione Rhetorices*, 1684.

Theses Politicas, Resp. *Christoph. Schyvvindorio*, Lycca - Prusso, 1684.

De *voce Αἴτιᾶ*, pro Loco Prof. Græcæ L. Resp. *Bernh. von Sanden*/ 1686.

De *Quæstione: Vtrum beatus possit fieri miser?* Resp. *Sigism. Schimmelpfennig*/ R. Pr. 1686.

Theses Philosoph. Resp. *Dieter. Ottone Deublinger*, R. P. 1687.

De *Vitâ Iohannis Baptistæ*, Resp. *Daniele Dresler*/ Fülch. Pr. 1689.

De *Amicitia Iohannis Baptistæ*, Resp. *Christoph. Conrado Sackl*,
R. P. 1689.

De *Virtute Heroicâ*, Resp. *Gotthardo Lessero*, Reg. Pr. 1689.

Die 10. Octobr. paullò antè dictus *Zacharias Hefß*, I. V. Licentiatius, pro Loco Extraordinariæ Professionis in Iure obtinendo, Respondente iterum *Conrado Stein/Rostochienfi*, de *his inter quos Compensatio locum habeat vel non habeat*; disputavit, & docuit, Compensationem Juri Naturali, Civili, Saxonico & Prutenico conformem esse, eandem & fisco & civitati rectè opponi; non autem debitori causæ annonariæ, vel frumenti vel olei publici, vel alimentorum, patrocinari; nec creditorem cogi posse, ut compenseret id, quod alii quàm debitori suo debet: nec patrem patris compensationem æris alieni, quò filius emancipatus oneratus: heredi tamen ob stare compensationem ejus, quod defunctus debuit. Tandem examinat quæstionem: An Cessionarius compensationem ex personâ cedentis admittere teneatur? (3. plag. in 4.)

Die 21. Octob. *Bernhardus von Sanden*, Sen. SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Concionator Aulicus Primarius, Consistorii Assessor, Facultatis suæ Senior, & h. t. Academiæ Rector, Disputationem *decimam* Theologiæ Positivæ de *Sacramento Eucharistiæ*, habuit, Respondente *M. Godofredo Enqvist*, Regiomontano. (3½. plag. in 4.) De præcedenti *nona* vide mens. Sept. p. 155.

Die 26. Octob. prælectum fuit in omnibus templis *Electoriale Mandatum*, cõtendens ut providâ sollicitâqve *Ministrorum Verbi Divini* constitutione, Ecclesiarum salutî consulatur. Primò itaqve Elector voluit, Visitationes Ecclesiasticas ubiqve debito modo institui debere. Deinde omnes & singulos Ministerii Candidatos apud Consistorium Sambienſe nomen suum profiteri, simulqve diligentia, ac vitæ in Academiâ piæ & honestæ actæ testimonium exhibere, nec non colloquio *δοκιμασιν* sese sistere iussit; quò peractò, probatâqve earundem ad officium sacrum *ἱκανότητι*, nomina illorum Catalogo Candidatorum inseri, sibiqve, quoties a liquis Ecclesiæ Minister vocandus sit, tria ejusmodi nomina (cò ordine, quò libro inscripta sunt) offerri mandavit, ut unum ex tribus istis eligere, eiqve munus sacrum conferre queat. Porro iussit,

ſt, Miniſterii Candidatos ante Ordinationem & Introductionem juratò edifferere debere, utrum promotionis obtinendæ gratiâ cuiſquam aliquid donaverint, aut poſthâc ſe donaturos eſſe promiſerint; item, an defuncti Paſtoris viduam, filiam, agnatam, vel aliam perſonam, occasione hujus promotionis iſtis commendatam, in uxorem ducendi ſpem cuiquam fecerint; Nam eò factò, Seren. Elector Candidatos non admitti, ſed potius in perpetuum excludi debere, voluit. Deniqve etiam mandavit, in delicta & exceſſus Miniſtro- rum Eccleſiæ graviter animadverti, eaſque partim multâ pecuniariâ, partim verò ſuſpenſione, & ſi atrociora fuerint, remotione puniri debere.

Die 29. Octob. *M. Iohannes Tileſius*, Paſtor Auklittenſis & Schönvvald. Diſputationem Phyſicam ſecundam habuit, de *Generatione hominis per Incubum Daemonem*, (quem Pontificiorum quidam Lutheri audent ſcribere parentem) Reſpondente *Chriſtophoro Gregorio*, Rectore Gerdaviendi. (4. plag. in 4.) Priorem huius materiæ Diſputationem, pro receptione in Facultatem Philoſophicam, propoſuit anno 1696. d. 12. Sept. Reſp. *Balthaſ. Tileſio*.

Prodiit etiam nuper in lucem Catechiſmus *Conradi Weſſ*, Miniſtri Aulici in Eccleſiâ Reformatâ, ſub hõc titulò: *Sicht und Recher oder Lehre der Wahrheit und Gottſeligkeit / nach der Ordnung des Heſſiſchen Catechiſmi, und des an. 1693. öffentlich geſhanen Glaubens-Bekänniß unſer Durchl. Brandenb. Churſt. Princeſſin Loviſæ Dorotheæ Sophiæ / zum Exempel der heiligen Nachfolge / und Unterrichts des HochEdlen und Wolgeböhrnen Fräuleins / Ameliæ von Creygen / kürzlich verfaſſet / und auff Begehren zum Druck befördert. 1698. (15. plag. in 8.)*

H O L M I A E.

Prodiit *Venus Transmarina*, ſ. Luſus Epithalamius, in Nuptias FRIDERICI Ducis Cimbrici, & HEDEWIGIS SOPHTAE Principis Sveciæ, &c. Poëma Heroicum: ἀνάμνησις, cujus auctor eſſe fertur D: I. N. P. Celeberrimus Aulæ Gottorpicenſis Archiater. (3. plag. in fol.)

H A F N I A E

Die 14. Octobris *Olaus Wormius*, Willh. Fil. Eloqv. & Hiſtor. Prof.

Prof. P. Oratione Latinâ parentavit *Marco Giöe*, supremo quondam Academiæ Regiæ Equestrîs Præfecto, nato an. 1635. d. 21. Nov. denato verò hõc anno 1698. d. 28. Apr. cujus funus præcedenti die solenni pompâ, splendiddqve Alumnorum Academicorum comitatu, Hafniâ deductum fuit, ut *Herlufsholmiæ* monumento patrio conderetur. (De ejus obitu vide mens. Maj. p. 80.)

Die 26. Octob. *M. Severinus Wintherus* in Collegio Medicéo Disputationem quartam de *Pulvere pyrio*, ejusqve partibus constitutivis, Sulphure, Nitro & Carbonibus, habuit; Respondente *Detlevo Mullero*. (2½. plag. in 4.)

Die 29. Octob. *Iohannes Nicolaides Beenius*, in Collegio Valkendorffiano, Respondente *Severino Iani Arctandro* Dissertationem proposuit, cui titulus: דג הנדרל אשר בלע את-יונה ויסארו חי-ותעים אל-היבשה: h. e. de *Puce grandisimo, quæ Ionam sacrum Vatem integrum devoravit, & ipsum inconsumptum vivum atqve incolumem in litus tridus postea nutu divino revomuit.*

Die 29. Octob. *R. Facultas Theologica* Hafniensis Programma edidit, quò publicè testata est, se non facere cum *M. Friderico Grammio*, Celeb. Theologum Kiloniensem, *D. Christophorum Franchium* *εὐσποξίας* postulante, adeoqve tantum abesse, ut probe novissimum Censoris istius Schediasma, Amstelodami impressum, suoqve judicioqve subjectum, quod appellatur *Specimen V. Heterodoxia Franchiane*, &c. ut potius Cives Academicos moneat, velint sibi cavere ab ejusmodi ingeniis, eamqve inire discendi proficiendiqve rationem, quam pietas ornat, obsequium commendat, modestia comitatur.

Die 30. Octobris *Orationem* annuam solennem habuit *M. Stephanus Reitzer*, Professor designatus, & Collegii Regii ac Communitatis Præpositus, quâ egit de *Veritate ac Libertate à Christo primum acceptâ, sed sub Anti-Christo postea sublatâ, tandemqve per B. Lutherum recuperatâ.*

Orthonis Sperlingii, I. C. & Consilarii Regii, de *Vestitu Danorum veteri Commentationi-
cula.*

Post-

Postquam his diebus ad me perlatum fuit hoc documentum, quod postea insertum legetis, tam Danicâ quàm Latinâ lingvâ, non potui prætermittere, quin quæ mihi quondam annotata fuerunt de sobrio ac concinno Danorum ac Septentrionalium ferè omnium vestitu, paucis annecterem, atque in brevem hanc Commentationunculam ex prolixis aliàs disquisitionibus conjicerem ac conjungerem.

Et primò quidem quæ Cæsar, Strabo, Mela, Plinius, Tacitusque de Vestibus vel Germanorum vel Septentrionalium cæterorum congesserunt, quoniam obvia sunt in illis Scriptoribus, & milles ex iis repetita, non attingam, ea enim omnia ad unum illud genus vestium tendunt & referri possunt, quod pellibus usi sint & se texerint, tam hirsutis quàm glabris & depilatis.

In quibus autem documentis hæc constiterint, nunc indicabimus. In viris sane thorax & braccæ amictum omnem faciebant, quibus sagum aliquod villosum hyeme, aut æstate levius quoddam superjiciebant; Fœminæ thoraces etiam & suppara ad genua descendentes, & sine manicis erant. Hæc omnia verò pellicea, usque dum pannis & laneis, & linteis etiam uti ab aliis didicerunt: Sed & ex corticibus arborum vestes sibi noverant texere, ubi pellium copia non suppetebat. Novimus enim, ut feris abundant Septentrionales Regionēs in hunc usque diem, ita quoque in venationum studiis nulla gens ipsis comparari poterit: quæ venationes continuæ pellium copiam faciliè largiebantur, eosque de Vestitu minùs sollicitos effecerunt.

Etiam illud addam, cruda primùm coria & siccata pro vestibus fuisse, donec subactis & præparatis etiam gaudere cœperunt. In consuendi artibus nemo illis artificiosius: Non enim lineis filis vestes corporibus aptabant, sed aut *συνέδησαν*, ut Procopius ait, nervis animalium, aut iisdem probè consutas induebant, de quâ *υεσπορὰσια* multa dici possent antiqva & elegantia, nisi brevitati studerem. Ad Lapponas hodiernos ablegandi veniunt, qui ægus studia Minervæ telas superantia, spectare cupiunt. Illi enim soli nunc mortalium artificiosissimè acu & nervis in consuendis & ornandis vestibus Phrygios & Dædalos omnes vincunt. Apud

illos vestigia veteris in vestitu cultûs adhuc observari possunt.

Habemus itaque vestes Septentrionalium quales initio fuerint, & quales diu permanserint Ab ipsis thoraces, ab ipsis braccæ originem suam deducunt. Nam Orientales, Græci & Romani togis ac tunicis distinguebantur. Nec de pileis, aut peronibus, ocreis, & calceis, & tibialibus eorum quidquam subnectere nunc quidem lubet; ne excresecat oratio, sed ad solos thoraces & braccas & suppara nos restringemus, quoniam non de aliis documentum adjectum loquitur.

At si jam dicta consideramus, facile Tacitum vera dixisse deprehendimus, qui vestibus Germanos usos tam strictis esse perhibuit, ut omnes artus exprimerent, quod etiam thoraces & braccæ faciunt & fecerunt, adeo ut thoraces sæpè depositi sint & omissi, quod nimis stricti pugnares impedire solerent. Hinc est, quod Celtas & Gallos & Gætatos nudos pugnasse Scriptores annotarint, scilicet quod thoraces, membra constringentes, actiones minus liberas concederent, nisi exuerentur.

In eo tamen excedit & peccat Cluverius, quod planè nudos nobis depinxerit Germanos, eosque sic describat, ac si inverecundè viri foeminaeque quondam & partibus verendis intectæ vixerint ac inceserint. Multum quidem Germania Cluverio debet, quam pulchrè etiam & doctè illustravit; sed in eo falsus fuit omnino, quod Germanos & Septentrionales antè sine tegumentis ullis fuisse statuerit, ideoque imagines propudiosas finxerit, quæ omnia ostendunt, quæ pudor velari voluit. Ne nunc dicam de cornibus boum in capite erectis stantibus, & caudâ vestigia verrente, quæ nullus scriptor antiquus ipsi suppeditavit, sed ex ingenio ipsius accesserunt.

Num credere possumus, ut illud solum urgeam, eos, quibus tam severa pudica & verecunda maximè matrimonia colebantur, ut Tacitus deprædicat, tam inverecundè vestitos fuisse, ut terga vestibus cingerent, anteriora nuda & omnibus manifesta & patentia reliquerint? Nullus scriptorum veterum hoc edisseruit; nam quamvis de nudis corporibus multa dixerint, haud tamen ita pudorem omnem reliquisse quemquam Septentrionalium deprehendimus ullâ ætate, ut quæ membra pudor jussit tegi, illi nullâ ratione detecta pro-

sti-

stituerint. Cluverio imposuit nuditas corporum, quam apud scriptores observavit, at non restrinxit ubi debuit & maximè opus erat.

Qvales igitur vestes Viri Fœminæqve gestaverint in Septentrio-
ne, postquam aperuimus, & variis scriptorum testimoniis, si
liberet, ac locus hic permetteret, evincere possemus, quæ attulimus
& afferemus, singula; videmus in Notâ isthâc, quam Amici
excerperunt in mei gratiam, mihiqve transmiserunt, easdem vestes
adhuc per Daniam viguisse Seculo abhinc proximo, nec thoraces
aut braccas desuisse, licet sæpius qvoad formam & materiam mu-
tatas. Ista Nota ex veteri Codice sic se habet:

Anno 1553. blev H. Anders Vilde Rigenß Marsch. oc var hans
Klæder dend tid: Hans Trøje var af sort siffraffe med røde trippis
Ermer / hans Duxer vare af silmur Vommersfæ / oc hans Kappe
var af vebered Ralp. skind.

Tab.
VIII.

Der siunß at denne H. Anders Vilde skal have vâres dend H.
Anders Vilde / som velb. Arild Hvilsfeld i dend Danske Krønicks
målderat vâre død i Octob. 1555. faaßom velb. H. Anders Vilde til-
forne i Kong Hansis Tid 1502. har vâret Dverste over Artiglerier.
Dog velb. Hvilsfeld målder inset om hans promotion til dend høje Ri-
genß Marschis Charge, thi H. Erick Erickß. Banner / som var Ri-
genß Marsch. i C. 3. tid/oc døde 1544. finder mand ingen at have be-
stent Rigenß Marschis Charge, sørend Holger Rosenfrands / som der
til er udvalt af F. 2. og døde 1575.

Hvad ellers der ovenben. er anlangende om H. Anders Vildis
Befordring til Rigenß Marschis Charge, som stæede i Staane / faa
oc om hans Klædedragt dend tid: Haver jeg her oc læst udi ee
gammel Charteche, som Præsident Ranssen i Kiøbenhavn fandt
i een bog / som jeg for hannem købte paa auction, imidlertid jeg
for ndgle Aar siden var i hans Huus.

i. e. Anno 1553. Dn. Andreas Bilde Regni Mareschallus (h. e. supre-
mus militiæ Dux) evasit; ipsius vestes tunc temporis erant: Thorax ipsi-
us ex nigro Fischeast, (panno ita Danis dicto à quinqvelicibus filis, ex
qvibus contextur, & in splendorem singularem concinnatur, Bo-
ratt, nisi fallor, Germanis Mereatoribus) cum manicis rubris tri-
pellinis (panno satis etiam noto, laneo, more holoserici parato) Fe-
moralia ipsius bombacina coloris foliorum caducorum (fueille-mort

Francicis appellati) & pallium ipsius ex corio vitulino optimè præparato.

Videtur hic Andreas Bilde ille Andreas fuisse, cujus meminit Haraldus Huitfeldius in Chron. Danico, quod obierit 1. Octob. 1555. siquidem laudatus hic Andreas Bilde prius regnante Iohanne 1502. Tormentaria rei Præfectus summus & Tribunus fuit. Quamvis Cel. Huitfeldius nihil commemoret eum promotum fuisse ad munus ampliusimum Mareschalli Regni. Nam Ericus Erici Bannerus, qui Regni Mareschallus erat atate Christiani III. vita excessit 1544. nec quisquam reperitur munus illud Mareschalli Regni obiisse, ante Holigerum Rosenkrantz, qui creatus est, à Friderico II. & decessit 1575.

Sed quod attinet superius dicta, quâ ratione Dn. Andreas Bilde propectus sit ad provinciam Mareschalli Regni ornandam, quod ipsi contigit in Scania, tum verò etiam de ejus habitu & amictu in temporibus congruente: vidi & legi illa in veteri quâdam chartulâ, quam Præses civium Nansenius Hafnia reperit in codice quodam, quem ipsius nomine emi ex auctione publicâ, interea dum ante aliquot annos in ejus Domo versabar.

Ex his easdem semper vestes Danis & Septentrionalibus proprias fuisse usque ad ultimos etiam hujus ætatis annos animadvertere licet, thoracem nempe & braccas, quibus se distinguebant à Romanis & Græcis; Neque enim vel tunicas vel togas induebant, nisi postquam saga omittere cœperant. Quod quando factum sit, nondum reperi. Peculiaria quoque illis tegumentis nomina: Thoraces enim vocabant Trøper & Trey Islandis, quæ vox non nisi Septentrionalibus nota est, & adhuc superest. Nam Germanis & Belgis, quod ipsis thoraces longiores essent, Wambser & Wambsoyzen dicebantur, quod partem alvi comprehenderent, & plagulis suis super braccas tendentibus; Illa enim pars corporis Womb dicitur & Hvamm, unde Wambse. Memini me juvene thoraces nobis gestatos esse breviculos, nec femoralia attingentes, sed interstitium aliquod inter femoralia & thoracem relinquentes: ejusque formæ thoraces antiquorum credo fuisse, cum strictæ vestes essent & sederent, stricti erant thoraces, strictæ braccæ.

CHRISTIANVS. V. Rex noster Augustissimus, cum primò fasces imperii sui suscepisset, etiam vestitæ curam gessit, & illum ad patros

trios mores antiquos in thoraces & braccas redigi voluit. Suo exemplo præeuntem vidimus, & aulicos aliquandiu morem gerentes. Erat enim salutare consilium, & à luxu isto nimio vestium, qui nunc regnat, pulchrè populum abducens; sed non licuit diu felicibus esse lues ista & labes Francica, quæ totam Germaniam scabie sua affricare sivevit, haud ita consilia valere permisit, quin miterentur in vetitum tenuissimè eitam cives, quorum liberi cum ex Franciâ redirent, illa sola placuerunt vestimenta præ patriis, quæ semper contemnuntur. Nam ut Propheta nullus in patriâ valet, sic quoque vestis nulla patria. Hodie thoraces isti planè sunt abdicati, nullam aliam ob causam, quàm quod Francici illis non utantur amplius.

De braccis non opus est monere, cum Septentrionales totum ferè orbem illas gestare docuerint, & nulla ferè gens supersit, quæ illis careat. Nam & illa succinctia vel semicinétia, Græcis *διαζώματα* appellata, quæ natibus & verendis Indi plerumque circumdant, ad braccas quoque traho, quod eundem usum præstent, & inter femora quoque dividantur ut braccæ, quasi gebrothen/ gebrassen/ brassen/ ex quâ voce braccis nomen. Unde patet, quod braccarum nomen, de quo tot docti Viri disputant, pura pura Danica vox sit, & Septentrionalium; ita enim effertur: *Braag/ Brog/ Bracker*. Sic pergunt *Särbracker* vocare ex corio parata femoralia Belgæ, & Saxones inferiores *Broock* retinent, alii Germani *Büchsen* aut *Bürsen* cœperunt vocare, quod ventrem tegant & inferiora, ipsisque est *Bueck* Saxonice, *Bauch* superioribus Germanis. De quibus prolixiùs docebit meum de braccis opusculum, siquando prodibit.

In foeminarum veste etiam illam strictam fuisse observavimus, sine manicis, sinu etiam patente, quæ Germani *Schnürleiber* vocant, quibusque utuntur etiamnum foemine, nisi ubi abusi sunt Francici illâ strictitudine; quâ nunc veluti curaturâ quâdam junceas reddunt virgines nostras. Huic vesti suppara erant conjuncta, prout adhuc aliquibus in locis manent, pro partibus inferioribus tegendis. Hæc initio non adeò laxa prout hodie, nec tam longa.

Examusum hæc conveniunt Tacito; si bene verba ejus distin-

gvantur, Neque enim loquimur de Germanis proximis Rheno, qui jam didicerant à Romanis aliquid in vestibus mutare, linea adfiscere & purpurâ variare, & quæ sunt his similia; sed de inferioribus populis, non solum Germanis, verum etiam, ex quibus Germani toties propagati fuerunt, Septentrionalibus. *Nec alius faminus*, inquit, *quam Viri habitus*, quod verum est: Nam, ut thoraces virorum stricti erant, ita ut singulos artus exprimerent, sic quoque foeminarum, imò strictiores adhuc quam virorum, ubi *proxima pars pectora patebat*, quod in illis thoracibus foemineis hodie animadvertimus. *Schnürleiber* enim, & *Schnörrliffen* Danis, ideò dicuntur, quod ad illam partem patentem nervis aliisque fideculis ita contraherentur, ut nudum nihilominus interluceret pectus; & sine manicis pergunt esse, prout indicavit Tacitus, dicens: *partem vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos*. Superiorem vestitum hic non intelligo, quasi Germani vel Septentrionales plures vestes, unam super aliam, induerint, prout hodie moris est, interulas, subuculas, indusia, & quæ non? Linteis enim & laneis quia carebant, una vestis coriacea simplex ipsis ad vestitum sufficiebat. Sed superior pars vestitus Tacito hic dicitur thorax ille, qui supparo annexus erat, quem amictum in duas partes divisit, ut una esset superior, quam Germanis *Leibchen/Schnürleib/* vocatam dixi, inferior verò supparum, Germanis *Schürze/Esörte/Danis Esört*.

Quod verò Tacitus ait, præter sagum *cætera intactos fuisse*, hoc nihil juvat Cluverium ad turpes illas figuras producendas, quas produxit. Nam Tacitus se satis explicat, dum præter sagum alios strictas vestes adhibuisse scripsit, unde sequitur alios etiam sine strictis illis vestibus & thoracibus intactos vixisse, non tamen ita ut pudenda omnia prostituerent; de quibus aliquando prolixius scribam, nunc abrumpere cogor. In eo quoque Cluverius aberravit, quod foeminas tunicis in pectore patentibus induerit. Ex his enim quæ jam descripsimus, satis manifestum, quales fuerint amictus & habitus. Tacitus sanè longè cautiùs, qui ne nomina quidem harum vestium exprescit, quod nihil simile ac in Romanorum tunicis aut togis aut eorum vestium nominibus haberent, ideòque non Latine vocare, nec ad togas, non ad tunicas illos habitus

tus & amictus referre sustinuit; cum propriis nominibus *Wambes*, *Schnürleib*, *Broock* / & similibus efferrentur à Germanis & Danis, quæ Tacitus non intellexit, nec ore Romano exprimere poterat.

Postquam igitur ad Documentum dictum docuimus & explicavimus, cur pallium illud Nobilissimi Viri coriaceum fuerit, nimirum quod vestigia vetustissimorum temporum adhuc sequeretur, ubi vestes omnes septentrionalibus pelliceæ & coriaceæ, & quod pro sagis pallia retinuerimus, quæ ex sagis originem primam ducunt, diximus quoque de thoracibus tam Virorum quam Mulierum, us & braccis & supparis. Sed dicendum adhuc supererat de mutationibus, quæ in illis vestibus subinde occurrerunt; vereor autem ulterius hæc vice typographos lassare.

Hoc dicatamen potest, primam mutationem vestium cum Asiaticis à Pompejo circa Pontum expulsis, & inter nos sedes quærentibus, susceptam videri. Illi nobis *Asæ*, *Æser* & *Æser* in antiquis monumentis audiunt: antiquior sanè nulla mutatio reperitur. Nam cum illi *Asæ* Deorum instar culti sint à Septentrionalibus, etiam vestes & amictus eorum ut divinos & pulcherrimos æstimarunt, sibi quæ imitandos sumserunt, ita tamen ut antiquum habitum thoracum, braccarum, supparotum & sagorum non planè dimitterent. *Asarum* enim Ponticorum & *Scytharum* tunc temporis vestes, lanceis & purpureis ornamentis mituerunt.

Hinc *Landnama Saga*, quo nomine Historia vocatur Islandicè scripta, de primis incolis Islandiæ, qui terram & Insulam illam habitandam ceperunt, p. m. 102. Hialti, Nobilis ibidem Viri, filios describit, quàm magnificè vestiti ad Thorskafiordense iudicium profecti sint: *Enn er their gengo a thingid, varo their sva vel buner, at menn hugdu, at Æser varo thar kvamner.* h. e. Et quando pergebant ad iudicium, tam benè vestiti erant, ut existimarent homines, *Asas* illuc advenissè. Longè igitur supra vulgus hic vestitus erat, ut Dii magis viderentur quàm homines, propter amictum illum insolitum & superbiorem. Sed si tunc illum annotassent, prout Documentum hîc additum Dn. *Andræ Bildii* vestes, multa sciremus in eo argumento, quæ nunc latent.

Egregius quoque locus est *Arnoldi Lubecensis* de mutationibus vestium Septentrionalium, lib. 3. c. 5. *Dani*, inquit, *usum Teuto-*
ni-

nicorum imitantes, quem ex longâ cohabitatione eorum didicerunt, & vestiturâ & armaturâ se ceteris nationibus coaptant: & cum olim formam nautarum in vestitu habuissent, propter navium consuetudinem, quia maritima inhabitant, nunc non solum scarlatico, vario, griseo, sed etiam purpurâ & bysso induuntur. Talis igitur mutatio vestium illis annis occurrit. Occurrit etiam apud Saxonem Grammat. in Ingello Rege, & sub aliis Regibus; occurrit apud Norvegos sub Olao Kyrre in Chronico Norvegico. Sed omnes illas mutationes recensere haud tempus hoc permittit, cum sint innumeræ ferè: sufficit primis labris hanc materiam degustasse. Finio igitur & pauca hæc legentium oculis animisque meque ipsum commendo.

EX IVTIA

Franciscus Uglisd, Pastor Ecclesiarum Aakrer, &c. Diocæ seos Aarhufensis, antiquissimi auctoris *Thucydidis 8. libros de Bello Peloponnesiaco*, elingvâ Græcâ in Danicam transtulit, & *Pauli Vindingii* (*Erasmii* fil.) *Consilarii Iustitiæ, Assessoris in Cancellariâ & Consistorio*, ac Græcæ L. Professoris in Academiâ Hafniensi, suæque Facultatis Decani, censurâ approbatos, publicis typis destinavit. Idem quoque *Herodotum Xenophontem*, & *Diodorum Siculum*, Danicè versum, prælo parat.

RENDSEBVRGI

Iosua Schwarz, SS. Theol. D. & Superintendens Generalis Regius per Ducatum Slesvico-Holsaticum, typis Hamburgensibus exscribi curavit tractatum, cui titulus: *Commonitio de re divina Examinum publicorum, in quâ simul differentia & necessitas Credendorum ostenditur*. Hamburgi, apud G. Libernickel, 1698. (6½. plag. in 12.)

KILONII

B.D. *Christiani Kortholti*, Theologi olim & Procancellarii Academiæ Kiloniensis Celeberrimi, Liber vernaculus de *Persecutionibus primitivæ Ecclesiæ*, qui an. 1663. Rostochii excusus est, de novo typis Hamburgensibus prodijt, hoc titulò: *Historische Beschreibung*

Schreib. der 10. grossen Verfolgungen / so die Christen der ersten Kirchen unter den heydnischen Kaysern erlitten / &c. Hamburg/1698. in 8.

Notitia Musæi Cimbrici B. D. Ioh. Danielis Majoris.

QVam Vir πολυμαθὲς αὐτὸς I. D. Major, in colligendis undique rarissimis Naturæ & Artis operibus per totum vitæ decursum adhibuerit curam, *Musæum Cimbricum* ab ipso adornatum, & peculiari tractatu breviter descriptum, satis loquitur, quod variis ad Antiquitatem non solum & rem nummariam, sed ad Physicam quoque pertinentibus rebus refertum, talem post obitum Collectoris exoptat Possessorem, qui & harum rerum notitiâ instructus, dignè id æstimare, & fortunæ bonis dotatus, nobili augmento perfectius reddere queat. Hunc in finem hæredes prælaudati Dn. Majoris, pretio 6000. imperialium offerunt hanc Pinacothecam, & brevem contentorum adumbrationem hîc subjungunt, non quod descriptione hâc compendiosâ thesaurum istum posse exhaustiri existiment, sed ut is ex parte innotescat Curiosis, qui præsentem ex re ipsâ, cujus umbram hîc habent, melius judicare poterunt.

Ea verò, ut ordine procedamus, producere in conspectum initiô lubet, quæ sparsim hinc indè propè fenestras, & scriniis imposita conspiciuntur, quæque *Musæum* hoc *Majorianum* ingredientibus primo loco sese offerunt; deinde quæ scriniis continentur, breviter recensere. Ita enim Cl. Author disposuit sua Cimelia, ut & curiositati superficiali, & pleniori cognitioni inservirent: hinc ne sub ingressum vacuum videretur Conclave, ex parietibus hinc inde pendentes videbis Manucodiatas, Elephantis dentes, & hos inter unum insigni gaudentem magnitudine, pugiones Japonensium, Specula metallica convexa, concava, vitra polyædra, cranium Rosmari cum infixis dentibus, cannam sacchariferam &c. Ad fenestras posita sunt præter plantas maximas diversas, varia gemmarum factitiarum genera, dentes hippopotami, crystalli montanæ ex minera metallica pullulantis frustra majora, Microscopia, testudines mediocres & minimæ, Tamandoa formicis vescens animal, Armadilli species rara, horologia, quorum unum super planum inclinatum spacio 24. horarum decurrens, horas exactè

E c

mon-

monstrat, Camera obscura portatilis. Præterea per Museum hinc indè dispositi apparebunt globi, cœlestis & terrestres, Sphæra armillaris, motum terræ, sole in centro quiescente, ex mente Copernici oculis exhibens, Atlas ex alabastro nitidè sculptus cœlum humeris gestans, testudines majores, urnæ sepulchrales, Veneris, Scipionis Africani, Senecæ statuæ ex ære confectæ.

Remorantur hæc omnia tantisper spectatorem, usque dum apertis scriniis alia conceinnè magis disposita, eundem invitent. Horum autem ordine, dignitate & pretio prima esse videntur Numismatum receptacula, quorum bina sunt; unum ex ebene, ebore, & argento artificiosè concinnatum, monetas, numismata, medalliones, ex auro, argenteo, ære, diversorum Regnorum, Provinciarum, oppidorum, Gentium, tali ordine disposita continet, ut Historiæ, imprimis verò Geographiæ addiscendæ inserviant; cernere enim hic licet præter Europeorum, Asiaticorum regnorum ferè omnium, Turcarum, Persarum, Indorum, Japonensium, Sinesium, Siamensium &c. monetas. Alterum Numismata Latii veteris, secundum Dynastia disposita, prout illustrent Historiam, complectitur, quæ tamen omnia ita sunt ordinata, ut oculis ipsorum alii, cum contentis numismatibus interponi facile, non interrupto ordine queant. Cui Antiquitatis thesauro alius, longè pretiosior accedit, dum scrinio lulum, mensæ impositum, gemmarum sculptarum, antiquitate se commendantium, numerum exhibet haud exiguum, quarumque plures, ordine se insequentes, modum sacrificiorum Ethnicorum & immolandi rationem stupendo artificio repræsentant, ut dicere haud verear, simile quid junctim vix ac ne vix quidem reperiri. Quibus denique accedunt scrinia bina, bibliothecam numismaticam, & antiquariam continentia, quò congesta sunt rarissima tum præsentis, tum superioris sæculi scripta antiquitatem & doctrinam numismaticam illustrantia: ne nempe digni huic thesauro decessent præcones & interpretores.

Naturalia Antiquitatis apparatus associata, ex tripliei Naturæ regno desumpta, & certo ordine digesta, sequentia exhibent scrinia, quorum tamen præcipua, & quæ spectatoris, de pretio saltem solliciti oculos, potissimum ad se trahunt, duobus scriniis separa-

tim

tim inclusa videbis. Inter ea eminent præcipuè succini frustula cum inhaerentibus muscis, araneis, cicadis &c. Ambra grisea, nigra, Rubini Orientales, Opobalsamum verum, siccum & liquidum, conchæ margaritifera frustum, cum inhaerente systemate perlarum magnitudinis mediocris, minimò centum constans: Margarita nucis avellanæ magnitudine, cranium humanum representans, systema perlarum majorum, ex coalitu margaritarum 14. conflatum. Lapis bezoar orientalis prægnans: Turcosa in lapide lazuli; Smaragdus in amethysto. Aurum Chymicum, Argentum fruticans, & diversis mineris erutum. Idola varia, Sinensium è terra porcellana, Japonensium, Confutii, & aliorum ex terra Japonica, Isis Ægyptiorum, cum scarabæo, æternitatis symbolo; hieroglyphico. Anubis, Hercules. Poculum ex agatho, auro & encausto ornatum: aliud ex lazuli lapide, auro & rubinis exornatum &c.

Deinde per duodecim scrinia ordine disposita sunt: (1) quæ pertinent ad ignem, ut sunt recrementa varia Vesuvii, (2) ad terram, boli nempè, terræ sigillatæ, topi thermarum &c. (3) *Salia concreta*, nitrum, vitriolum, (4) *Sulphura concreta*, succinum, asphaltum. (5) *Lapides*, Achata, amethysti, lapides odore Ambræ, asbestus, astroitides, carneoli, buccinæ, cochleæ lapidæ, conchæ lapidæ, coralli variæ species, cornua Ammonis, crystalli variæ, lapis cananor, encrini, fungites, granati, hyacinthi, Iaspides, lapis lazuli, marmor Florentinum, Opali, oculi Serpentum lapidei ex Melita, Lapis Serpentinus, Phosphorus Bononiensis, pisolythi, hysteroqlythus, Ligni in lapidem versi frusta. Inferior maxilla antmalis in lapidem versa, Schistus argentiferus, talci variæ species, trochitæ, topazii, unicornu fossile. (6) *Metallæ & hu affinia*, minere auri, argenti, cupri; argentum & aurum fruticans, Cinnabaris, cuprum Iaponicum, marchasitæ, antimonium, (7) *Herbæ, Fungi, Musci, plantarum partes indistinctim*, Radices, ligna, stipites, culini, cortices, folia, germina, rami, summitates, flores, semina, & fructus, succi concreti. Radix Moringa veterum, Zalab Turcarum, lignum de Nerola, lignum exoticum sapore Macis, aliud sapore cinnamoni & caryophyllorum; lignum fossile Umbriæ, Tudertinum, Panaya, cortex aro-

maticus sapore piperis, caryophyllorum; folia arboris cinnamomi, papyri Ægyptiacæ, piperis. Fructus Acajou, baccæ arboris cinnamomi, Fauffel Indorum, fructus arboris Ietaiba in Brasilia, semen Indigo, Phaseoli Indici. (8) *Animalia, eorumque partes*. *Natilia nuda*, glabra, pilosa, verrucosa, aculeata, crustata; *volatilia pennata*, pilosa, Aves sicco gaudentes, aquaticæ: *volatilia crustata*, insecta volantia alis liberis, vaginata; *Quadrupedia, pluripedia: reptilia nuda*, squamosa, testacea; quæ omnia ut sigillatim exprimantur, hic institutum prohibet. (8) *Sulphur-Animalia*: (9) *Lapidi-Lapides*, lapidi-metalla, Lapidi-plantæ, lapid-animalia: plant-animalia, Animal-animalia, uno verbo, *naturalia mixta*, qualia sunt: Achata in crystallo, conchæ lapidibus inhærentes, Crystalli in silice, Granati in talco, argentum ex minera lapidea fruticans, in magnete marchasita, tubuli vermium marinorum supra testam mytuli, turbo in Corallio, turbo Ostrea innatus. &c. (10.) *Conchæ variæ*, Univalves, conchæ venereæ, & his affines, turbinata turbine non emisso, turbinata turbine emisso, bivalvia, testacea improprie sic dicta, tubuli, nuclei, plurivalvia, testaceorum partes, verbo: omnes ferè testaceorum species, quas Bonanni *recreatio mentis & oculi* exhibet: quibus peculiare annexum repositorium, Cimbrica, hoc est diversas conchas, cochleas, &c. in Cimbriciæ diversis locis repertas, continens & complectens. Est hæc musæi Majoriani idæa quædam imperfecta, cui subjungere placet scriptorum, eodem autore præter varias, quas in Academia habuit dissertationes, editorum, catalogum sequentem.

Ad Sebast. Schefferum de recuperata valetudine gratulatio, cum amica & seria ad Conringianam Artis Medicæ introductionem iterato edendam, adhortatione, cui incidenter quædam inspersa sunt, intemperantibus literarum Harpyis digna. Kilia: 1679. in 4.

Launi folia Veneta, Patav. 1660. in 4.

Historia calculorum in renibus. Joh. Sperlingii repertorum. Lipsiæ: 1662. in 4.

Prodromus Chirurgiæ infusoriæ. Lipsiæ 1664. in 4.

- De Cancris & serpentibus petrefactis. Jenæ 1664. in 8
 De planta monftröfa Gottorpienfi. Slesvvigæ. 1665. in 4.
 Hadria Gloriofa. Kiliz 1666. in 4.
 Historia anaromes Kilonienfis. Kiloni 1666. in fol.
 De fortuna Medici. Kiloni 1667. in 4.
 Delicia hybernæ, five tria nova inventa medica. Kil. 1667.
 in fol.
 Occafus & regressus Chirurgiæ infuforiæ. Gothæ 1667. in 4.
 Chirurgia infuforia, placidis Cl. Virorum dubiis impugnata, cum
 modesta refponfione. Kiloni 1667. in 4.
 Americanfche zu Gottorff blühende Aloë. Schlefwitz 1668. in 4.
 Memoria initiati horti Medici. Kiliz 1669. in fol.
 Memoriale anatomico-mifcellaneum, 1669. in 4.
 Confideratio Physiologica Epiftolarum F. I. Burri. Kiloni 1669. in 4.
 Collegium Medico-curiofum. Kiliz 1670. in 4.
 Cartefii explicatio machinarum. Kiliz 1672. in 4.
 Catalogus plantarum. Kiliz 1673. in 4.
 Emblemata de purpura. Kiliz 1671. in 4.
 Fr. Stellati Tr. de ligno foßili minerali latinè verfus. Lipfiz
 1673. in 4.
 Memoria Sachfiana. Lipfiz 1674. in 4.
 Fabii Columnæ opusculum de purpura cum annotationibus. Ki-
 liz 1674. in 4.
 Unvorgreifliches Bedencken von Kunft- und Naturalien-Cammern
 ins gemein. Kiel 1674. in fol.
 Vorftellung etlicher Kunft- und Naturalien-Cammern in America und
 Aßia. Kiel 1674. in fol.
 - - - - - in Africa und
 an Gränzen Europæ. ib. 1674. in fol.
 - - - - - in Italien zu
 Neapolls und alt Rom. ib. 1675. in fol.
 Scholion anatomicum ad Text. Imp. Iuffin. proëm. Inftit. Kil.
 1675. in 4.
 Tabulæ Medicinæ practicæ. Kiliz 1677. in 4.
 Genius errans. ibid. 1677. in 4.

- Apellens Frühlings-Mayen. Kiel 1678. in fol.
 De ferro radiante, & thermis novo artificio parandis. Slesvvi-
 gæ 1679. in 4.
 De thermis artificialibus succinatis. Kilix 1680. in 4.
 De Nummis Rhedigerianis. Kilix 1681. in 4.
 See-Fahrt nach der neuen Welt. Hamburg 1683. in 12.
 Buoninsegni satyra Menippea. ibid. in 12.
 Roma in Nummis Augustalibus Germanizans. Kilix 1684. in 4.
 De Nummis Græcè inscriptis, cum appendice de jotorum subscri-
 ptione suspecta. Kilix 1685. in 4.
 Serapis radiatus. 1685. in 4.
 De nummis Regis Oddonis conjectura. Kilix 1682. in 4.
 De nummorum ærugine. ibid. 1684. in 4.
 Iusti dolores adversus Fr. Wörgerum. ibid. 1686. in 4.
 Musei Cimbrici aditus, 1. & 2. ibid. 1689. in 4.
 Prodromus Atlantica. ibid. 1661. in fol.
 Bevölkertes Cimbræn. Plöen 1692. in fol.

Ex FEMARIA, Maris Baltici Insula

Christianus Oswaldus Zwergius, Minister Ecclesiæ Peters-
 dorfensis in Femaria, librum vernaculum typis commisit, cui ti-
 tulum fecit;

Die gestärckte Bekännniß der Evangelischen Warheit/nach Inhalt der
 Augspurgischen Confession, vermittelst unterschiedlicher Be-
 trachtungen/ darin nebst deutlicher Vorlegung eines jeglichen
 Articuls/und gründlicher Behauptung der vornehmsten Glauben-
 s-lehren/ viele Sprüche der H. Schrift erkläret / auch
 allerhand seine/ sonderlich aus der Kirchen-Alteit gesuchte
 Realien angeführet werden; denen Einsältigen/ wie auch
 jungen Studirenden nützlich und erbaulich/ gestellet von Christi-
 ano Osyvald Zwerg, Slesv. Diener am Worte bey der Gemelne
 in Petersd. auff Gemern.

Lübeck und Leipzig / bey Johann Wiedemeyer. Plöen/gedruckt
 durch Tobias Schmidt/Fürstl. Buchdr. 1698.
 in 8. h.e.

Roborata Veritatis Evangelica Confessio, secundum

articulos Augustanae Confessionis, &c-

ALDENBURGI in WAGRIA

*Conradi Evermot, Presbyteri Razeburgensis, Chronicon
Episcoporum Aldenburgensium, cum notulis editum est à D.
Christiano Francisco Paulino, Medico Isenacensi, in Syntagmate nu-
pero Rerum Germanicarum. Francof. 1698. (in 4.)*

PLOENAE

Sub prælo est metrica Passionis Dominicae paraphrasis, cujus
titulus etiam metricè conceptus est, hõc modò:

Die Paßion/ des Glaubens Cron/
Aus den Evangelisten/ als den allergewissten/
Die Zeugnis können geben von Christi Tod 'und Leben/
Einfältiglich betrachte/ und kurz in Reimen brache/
Zu Gottes heil'gen Ehren/ und Christi Ruhm zu mehren/
Von einem/ der ihn liebt/ Sich ewig ihm ergiebt/
Der Nahm heist Felsen- Freund/ der Jesum herzlich meinst.
Ploen/ gedruckt durch Tobias Schmidt, 1698. (in 8.)

LVBECÆ

B. *Augusti Pfeifferi, SS. Theol. D. & Superintendentis Lu-
becensis, scriptum vernaculum posthumum typis Lipsiensibus pro-
diit, cui titulus: Antimelancholicus alter, oder Melancholey-
Verreiber / anderer Theil/ in welchem sunstigerley particulir- Noth
und Anliegen (so in dem hievor herausgegebenen Antimelancholi-
co entweder gar nicht/ oder doch nicht auff solche Art/ anzutreffen)
nach Anleitung der vielfältigen Versuchungen und Anfechtungen A-
brahams deutlich vorgestellet / und mit zulänglichem Trost gehoben
wird; Nebst einem Repertorio Paracletico, oder Anweisung/ wo
man sich in allerley Anfechtungen Noths und Trosts erholen kan/
so daß nunmehr beyde Theile ein vollständiges Promptuarium Pa-
racleticum, Kreuz- Gedult- und Trost- Schule geben. Leipzig/ verfl.
J. Fr. Gleditsch/ 1689. (4. Alphab. 14. plag. in 8.) Tractatus hic
quasi Continuatio est *Antimelancholici prioris*, an. 1683. & seq. Li-
psia editi, sistiturque Lib. I. Cap. 1. Pater moestus ob apostasiam
filii. 2. Pater orbatus filio adulto. 3. Filius lugens parentem. 4.
Pri-*

Privatus patriâ. 5. Peregrinans qverulus. 6. Sollicitus de anno-
 nâ caritate & fame ingruente. 7. Anxius ob peccata infirmitatis
 Sanctorum. 8. Anxius de periculo famæ. 9. Melancholicus impati-
 ens correctionis. 10. Dives sollicitus de statu suo. 11. Rixis im-
 plicatus. 12. Conflictatus cum vicino malo. 13. Sollicitus de ve-
 ritate promissionum divinarum circatemporalia. 14. Sollicitus
 de bello imminente. 15. Tristis ob victoriam hostium & cladem
 suorum. 16. Belligerans, seu miles, sollicitus de statu suo. 17.
 Anxius de familia erescenda. 18. Insomnis ob mœrorem animo
 pressum. 19. Sollicitus de aliorum *πολυτεχνία*, & sua *ἀτεχνία*.
 20. Anxius de sensu fidei. 21. Sollicitus de fati posterorum, 22.
 Mœstus ob errorem vel frustrationem consiliorum. 23. Maritus
 conflictatus cum uxore rixosa. 24. Qverulus de rigore herili. 25.
 Pater qverulus de pravâ indole suorum. Lib. II. Cap. I. ex-
 hibetur: Diffidens sibi de perfectione Christianâ assequendâ. 2.
 Sentiens rationem in rebus fidei obstrepentem & subsannatricem.
 3. Parens sollicitus de promotione suorum. 4. Excarnificatus do-
 loribus corporis. 5. Molestè ferens hospites gratuitos. 6. Se-
 nex qverulus. 7. Morsibus conscientiae vexatus. 8. Anxius de ju-
 diciis divinis. 9. Timidus & tremulus in precibus. 10. Conquerens
 de vi injusta. 11. Scandalizatus, sive offensus delictis scandalosis pu-
 blicè & impunè grassantibus. 12. Minister verbi conflictatus cum
 auditorio refractario. 13. Parens sollicitus de filiabus elocandis, vel
 mœstus de infeliciter elocatis. 14. Præsenti vitæ periculo expositus.
 15. Metuens incendia & inundationes. 16. Consternatus seu exter-
 ritus repentinis & tragicis casibus. 17. Graviter ferens infamiam pro-
 pinquorum. 18. Anxius de crebris relapsibus. 19. Vexatus ter-
 rificis somniis. 20. Gravatus suspicionibus. 21. Sollicitus de satis-
 factione proximo læso præstandâ. 22. Tristis ob simultates & dis-
 sidia suorum. 23. Intimè affectus propter suos periclitantes. 24.
 Anxius seu sollicitus de jurejurando, sive juramento præstito vel
 præstando. 25. Exagitatus tentationibus spiritualibus.

Die 17. Octob. *Andreas Lange*, Lubecensis, (D. *Pauli Neu-
 krantzii*, Physici primarii Reip. Lub. nepos) in solenni Lycæi pa-
 trii Examine *Carmen* elegans Latinum Heroicum, quingentorum
 versuum, de *Laudibus Lubecæ*, recitavit.



NOVA LITERARIA

MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS

Edita Calendis Decemb. M DC XCVIII.

WISMARIAE.

Die 30. Octobris mortuus est M. *Thyregott Daniel Colbergius*, Pastor Templi S. Nicolai, & Consistorii Regii Assessor. Is an. 1659. d. 26. Ianuarii Colbergæ Pomeranorum natus fuit, Patremque habuit *Joanem Colbergium*, SS. Theol. D. tum quidem Pastorem Colbergensem primarium & Electoralis Consistorii per ulteriorem Pomeraniam Assessorem, postea verò Theologiæ Professore in Academiâ Gryphisvaldensi, Facultatis suæ Seniorcm, Consistorii Regii per citeriorem Pomeraniam Assessorem, & Pastorem Marianum. An. 1676. studiorum causâ Sedinum profectus, d. 30. Aug. sub præsidio Conrectoris Gymnasii *Decadem VI. Quaestio- num illustrium Philosophicarum* defendit. Deinde Gryphisvaldiæ literis incumbens, an. 1679. Præsede *D. Matthæo Clemasio*, Prof. Med. & Physico, Disputationem loco Spicilegii in *libellum Dn. Philippi de Animâ* habuit. Hinc petiit Rostochium, ibidemque an. 1680. sub Præsidio *D. Augusti Varenii* in Collegio Formulæ Concordiæ de *Ordine Ecclesiastico*, & paullo post de *unico, proprio & adequato remedio therapeutico Atheologiæ*, disputavit. (4½. plag. in 4.) In istâ etiam Academiâ (ab itinere Prusico redux) an. 1681. d. 11. Nov. summos honores Philosophicos, sive *Magistri gradum*, obtinuit, annoque sequenti 82. ut Præses Disputationem habuit de *tribus viis cognoscendi Deum & divina, Physicâ scilicet, Metaphysicâ & Hyperphysicâ*. 3. plag. in 4. Sveciam deinde adiit, & postquam per duos annos Holmiæ fuit commoratus, *Professio extraordinaria Philosophiæ Moralæ* in Academiâ Gryphisvaldensi ipsi collata est, quò munere fungens edidit: *Sciagraphiam luri Naturæ ex Scholâ Aristotelis & Spiritus S.* 1684. (3½. plag. in 8. Disp. de studio Veritatis & fugâ Mendacii, Resp. *Iac. Srenberg*, Stetin. 1685. (3. plag. in 8.) *Delineationem Monarchiæ Svec-Gothiæ*, Resp. *Gottselig Iacobo Colbergio*, fratre, 1686

Disp. Metaphys. de *Causis*, Resp. *Cass. Schwarzen* / Gryphisvv. 1686. (2. plag. in 4.) *Descriptionem Monarchiæ Svec-Gothicæ*. (7½. plag. in 8.) *Discursum Moralem de Consuetudine irrationabili*, Resp. *Ioh. Bruzelio*, O. Goth. Svec, 1687. (2. plag. in 4.) *Disc. Moral. de Errore populari circa Mores*, Resp. *Iac. Musselio*, Rugiano, 1687. (2. plag. in 4.) *Disc. Mor. de Tolerantiâ diversarum Religionum Politicâ*, Resp. *Iacobo Conovio*, Stetin. 1689. (2½. plag. in 4.) *Platonisch-Hermetisches Christenthum*, Pars I. & II. Francof. & Lipsiæ, 1690. & 91. (3. Alph. 13½. plag. in 8,) Hinc an. 1691. *Professionem ordinariam Philosophiæ Moralis & Historiarum adeptus*, evulgavit: Disp. de *Luce sacrarum literarum in tenebris gentium resplendescente*; Disp. de *Natalibus Philosophiæ*; Disp. de *Veritate sub Fabularum involucro latente*; Disp. de *Legulatoribus Græcorum & Romanorum Moisaizantibus*; Disp. de *Originibus Moralibus*; Disp. de *Libris antiquitatem mentientibus, Sibyllarum, Hermetis & Zoroastris*. Hæ 6. Disputationes, unâ cum Appendice de *Libris Orphicis*, sub titulo *Sapientiæ veterum Hebræorum per universum Terrarum orbem dispersæ*, conjunctim prodierunt Gryphisvvaldiæ, 1694. (1. Alphab. in 4.) Disp. *Iubil. de Iure indicendi Concilia, supremæ potestati Civili competente*, Resp. *Ioh. Dölingio*, Rugiano, 1693. (2. plag. in 4.) Disp. *Mor. de Iure Navigantium*, 1689. (5½. plag. in 4.) Disp. *Mor. de Tolerantiâ Librorum noxiorum Politicâ*, 1693. (4. plag. in 4.) Tandem an. 1694. mense Januario, *VVismariam* vocatus est, ad obeundum *Pastoris Nicolaitani & Assessoris Consistorii Regii* officium, quò ipsò summâ fide & industriâ functus est, eoque durante edidit: *Specimen Historicum de Origine & Progressu Hæresium ac Errorum in Ecclesiâ*, 1694. (1. Alphab. II. plag. in 4.) Præter hosce ingenii sæctus meditatus fuit *Regnum Tenebrarum ex Aristotelica Philosophiâ & Theologiâ mixturâ enatum*, & plura id genus alia; Sed hæc præparca viri fata nobis denegant. Vixit in conjugio filiz *FridERICI GERDESII*, I. V. D. & Antecessoris *Academiz Gryphisvvaldensis, Facultatis suæ Senioris, & Consistorii Regii Ecclesiastici in Ducatu Pomeraniæ Principatu-que Rugiæ Directoris*, ex quâ duos filios totidemque filias genuit.

ROSTOCHII

Superiori mense Octobr. (p. 174.) recensuimus Actum promotionis *Magistrorum* d. 15. Sept. adornatum, sed (culpa Program-
matis vitiosi, nobis transmissi) loco octo Candidatorum tantum *se-*
ptem memoravimus, fuitque primus eorum omissus, scilicet
M. Iohannes Ioachim Poltzii, Rostochienfis, *D. Ioh. Mauri-*
tii Poltzii, ad S. Ioh. Pastoris & R. Ministerii Senioris, filius.

Iohannes Fecht, SS. Theol. D. & Prof. P. edidit *Syllogen*
selectiorum ex universâ Theologiâ Controversiarum, recenti-
orum præcipuè, juxta ordinem Theologiæ positivæ B. D. *Künigii*,
Thesibus comprehensam, inque usum privatorum Disputandi ex-
ercitiorum adornatam. (8½. plag. in 4.) Nomina eorum, qui The-
ses has amicâ placidâque collatione ventilabunt, hæc sunt: *Sam-*
uel Schmaltz, Stargard. Pern. *Arnoldus Richertz*, Altona-Holsatus,
M. Franc. Albertus Epinus, Mecklenb. *Tago Faxovius*, Scano-Svecus.
M. Iacobus Schröder, Anclam. Pom. *Nicolaus Norby*, Ol. fil. Goth.
Svecus. *Albert. Ioach. Krakevitz*, Nob. Meg. *Petrus Lamberg*, Gotho-
burgo-Svecus. *M. Ioh. Henricus Elmenhorst*, Hamb. *Th. Young*, Hol-
menfis Svecus. *Georg. Bernh. Richertz*, Altona Holf. *Io. Sigum.*
Broestedt, Vratisl. Siles. *M. Ioh. Gottlieb Hoffmann*, Lipsiens. *M. Io-*
hannes Ioach. Weidner, Rostoch. *M. Hermannus Pfingsten*, Buxte-
huda-Br.

Præside *Iohanne Nicolao Qvistorpio*, SS. Th. D. ejusdem-
que Prof. P. & c. Collegii Disputatorii (Theses ex universâ Theologiâ
selectas exhibentis) Disputationem tertiam de *Auctoritate Scripturæ*
S. de Resurrectione Mortuorum, an ex lumine naturæ innotescere pos-
sit? & c. die 2. Nov. proposuit Resp. & Auctor *Tago Faxovius*, Sca-
no-Svecus. (1. plag. in 4.)

Præside *Ioh. Ioachimo Schöpffero*, I. V. D. & Cod. Prof. P. Com.
Pal. Cæf. ac Consist. Ducalis Allectore, Disputationes ad *Digest.*
lib. 12-22. d. 5. 12. 19. & 26. Novembris gnauiter continuatæ sunt,
Respondentibus 4. Studiosis, quos mense Octob. p. 173. lau-
davimus.

Die 9. Novemb. sub præsidio *Ioh. Fechtii*, SS. Theol. D.
F f 2 &

& Prof. P. nec non districtus Rostoch. Superintendentis, Dissertatione Theologicam de *Carnali Sacrarum literarum sensu* habuit, Auctor & Resp. M. Iob. Henricus Elmenhorst / Hamburgensis, M. Henrici Elmenhorst / Archidiaconi ad D. Cathar. apud Hamburgenses, filius adoptivus (6. plag. in 4.)

Die 12. Nov. Iobannes Klein / I. V. D. & Pandect. Prof. P. &c. Dissertationem *secundam*, quâ Annotationes suas Theoretico-Præcticas ad B. Lauterbachii Compendium Digestorum nuper inceptas, & speciatim Historiam Juris Civ. & Can. continuat, ventilandam proposuit, Resp. Henrico Matens, Hamburg. (3. plag. in 4.)

Andreas Daniel Habichhorst, SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. & Seren. Duc. Mecklenb. Consiliarius Consistorialis, Collegiique Prof. Ducal. & Fctis Theol. Senior, Dissertationem XIII, de *Latio Canaan*, quò *quinque civitates in Ægypto sunt loquuturæ*, ex Isai. XIX, 18. sententiarum collationi ad d. 19. Nov. instituta stitit, Respondente Andreâ Pälke, Neo-Brandenb. Mecklenb. (3. plag. in 4.)

Die 23. Nov. sub præsidio paullo antè memoratî D. Iob. Nicolai Quistorpii, Disputationem *quartam* Collegii Theologici, theses de *non sperandâ cum Reformatis unione*, &c. exhibentem, committentium examini submisit, Resp. & Auctor Georgius Bernhardus Nycherz / Altona-Holsatus. (1. plag. in 4.)

Paullo antè dictus D. Andr. Lau. Habichhorst, Fac. Theol. Senior, à die 2. ad 30. Nov. ex Disputationibus in selectiores universæ Theologiæ fidei quæstiones, (mense Septembri inchoatis) pomeridianis dierum Mercurii, & Sabbathi horis, *novem* absolvit, Respondentibus suprà p. 174. sq. recensitis.

Ejusdem D. Habichhorstii, Scriptorum & Dissertationum, antehac & præteritis proximè annis editorum, Syllabus hic est:

Actus Poëticus, quò Lauream ipsi Poëticam sine prece & pretio D. Petrus Götzius, Archiater & Comes Palat. Cæsareus, per Andream Tscherningium Poës. Prof. P. solenniter in præsentia gravissimorum Virorum, (ex quibus hîc B. D. Dorshéum nominare placet) an. 1658. conferre voluit, typis exscriptus.

Disputationum Methaphysicarum Triga. 1. De *Præcognitis Methaphysices*, 2. De *Naturâ Entis*, 3. De *affectione Entis*, an. 1659. Respondente *Samuele Freibabio*, Prusso; *Ioach. Friderico Simonis*, Tilsensi Prusso, & *Daniele Statio*, Bützov. Mecklenb. nunc Pastore Megæ - Givicensi.

Anagrammata & Epigrammata juvenilia, sub titulo *Vernalium*, quæ 7. misibus constant. 1660. (in 16.)

Disputationum Pentas; quarum 1. agit de *Amicitia*, Resp. *Ioh. Hackio*, Raceburg. 1660. (2. plag.) 2. de *Arte Poëtica*, Resp. *Anthon. Gunth. Canuto*, Frisio, 1661. (2. pl.) 3. de *Curâ Magistratûs circa Religionem*, Resp. *Ioh. Mejero*, Livono, 1661. (2. pl.) 4. de *Fortitudine Togata & Sagata*, Resp. *Andræ Päliken*, Neobrandenb. Mecklenb. 1662. (1½. pl.) 5. de *Sacerdotibus Magistratui præfectis & subjectis*, Resp. *Dan. Statio*, Bützov. 1662. (1. pl.)

Disputationum quadriga, de *quatuor Conciliorum* (Sæculo IV. & V. contra Arium, Macedonianos, Nestorium & Eutychen, celebratorum) *Historiâ & Decretis*, quas jam tum Professor Theol. designatus, an. 1664. Gryphisvaldiæ, Præsidibus D. *Abrahamo Batto*, D. *Matthæo Tabberto*, D. *Ioh. Michaëli*, & D. *Daniele Lago*, ventilandas exhibuit. (4½. pl.)

Disp. de *Berengarianismo*, in *sastris Calvinianorum interpolato*, deque opposito ei dogmate, reali ac substantiali Corporis & Sangvinis Christi in S. Synaxi præsentia, *Giesæ* in itinere (quò omnes invisit Germaniæ & Helvetiæ Academiæ) Præsides D. *Petro Haberkornio*, SS. Theol. Prof. Primar. & Superint. solenni Professorum examini submissa, 1664. (1. pl.)

Disp. gemina de *Eucharisticâ Mortis Dominicæ commemoratione*, ex 1. Cor. XI, 24. sq. Priorem, quæ sensum loci exponit, ipse Præsides habuit an. 1665, domum reversus, Moderatore D. *Henrico Müllero*, S. Theol. Prof. P. & Pastore Mariano, Respondente *Theodoro Heinio*, Dantiscano. Posteriores verò, quæ Vsum loci præcipuè Elencticum proponit (ac Pontificiorum dogma de *Communione sub unâ cumprimis* ferit) Præsides ipse an. 1667. Collationi Academicæ stitit, Moderatore D. *Ioh. Qvistorpio* secundo, SS. Theol. Prof. P. ad D. Jac. Palt. & Fac. Theol. Seniore, Respondente verò *Enocho Svantenio*,

tenio, nunc Gymnasii Lubecensis Rectore. (4. pl.)

Disp. Philos. de *Causis*, Resp. eodem jam laudato E. *Svante-*
nio, 1666.

Prodromus Anagrammatum astivorum, Seren. Duci Mecklenb.
CAROLO inscriptus. An. 1668. (2. pl.)

Decas *Dissertationum Philologicarum*, uno eodemq; anno 1670. Ro-
stochii propositarum, quarum I. exhibet *quadrigam locorum Scriptu-*
ræ de Messia cum verè tum apparenter agentium, Gen. IV, 1. Hagg.
II, 8. Exod. IV, 13. 14. 2. Sam. XXIII, 1. Resp. *Ioh. Lantzio*, Parchim.
Mecklenb. nunc Pastore Bentheneriensi prope Parchimum, (qui ipse
Præsidis ejusdem ductu an. 1670. *Orationem Ebræam de Ionâ*, Christi
patientis & resurgentis typo, unâ cum tribus aliis habuit, qui simul de
resurrectione Christi, de *Resurrectione Mortuorum*, & de *Resurrectione Spi-*
rituali, eodem duce idiomate Ebræo peroraverunt. II. De LXX. *Hebdoma-*
dibus ex Dan. IX, 24. sq. Resp. *Henrico Tholsonio*, Norvego, (1. pl.)
III. De *Literis Eliæ ad Ioramum Regem Iudæ*, ex 2. Chron. XXI, 12.
Resp. N. *Mölmanno*, Hamb. (2. pl.) IV. de *Exarchatu Ravennate*, à *Iu-*
stino II. Imp. in Italia instituto, Resp. *Paschasio Zandero*, Dobbertinen-
si Mecklenb. (2. pl.) V. De *Gallionimo*, ex Act. XVIII, 14. sqq. Resp.
Bernhado Frejero, Reval. Livono. (2. pl.) VI. de *Mannâ*, ex Exod.
XVI, 15. Resp. *Ioachimo à Seth*, Hadelensi, nunc Archid. Nordled. in
Hadelia. (2. pl.) VII. de *Colosso Nebucadnezari*, ex Dan. II, 31. sqq.
Resp. & Auct. *Casp. Iellinghausen*, Voerdeni Westph. (3. pl.) VIII.
de *Nimrodo* ex Gen. X, 8. 9. Resp. N. *Peltzio*, Stralsund. (2. pl.) IX.
de *Imperio Romano-Germanico*, Resp. *Ioh. Kuntzio*, Gryphisvald. (2.
pl.) X. Apologetica pro B. D. *Ioh. Tarnovio*, olim Prof. Theol. in A-
cad. Rostoch. contra *Theod. Hackspanium*, Prof. Altorff. de *Feminâ*
circumdante Virum, ex Ierem. XXXI, 22. Resp. *Ioh. Müllero*, Hamb.
(2. pl.)

Disp. Inaug. in omnes XXI. *Augustanæ Confessionis Articulos do-*
ctrinales, eisdemqve *Scripturæ V. T. locis in fonte ut plurimum ἐκφα-*
ρισάσθαι, Præside Decano D. *Ioh. Michaelis*, S. Theol. Prof. P. Pa-
store Jacobæo, Regiique Consist. Aëssore, Gryphisvaldiæ an. 1671.
d. 6. Iun. ipso Promotionis die habita, (4. pl.)

Disputationum Pentas, ex *Iuris Canonici monumentis*, contra Pa-
patum

patum proprio Canonum gladio jugulandum : Serenisf. Duci Mecklenb. CHRISTIANO LVDOVICO inscripta, an. 1679. (de quâ vide sup. Mens. Iul. p. 103.) Respp. 1. *Samuele Nicolao VVagener*, Rostoch. nunc Past. Ribnizensi. 2. *Henrico Krügero*, Rost. 3. Eòdem *Krügero*. 4. *Salomone Sprenger* / Varisco.. 5. *Ortone Jankzen* / Harburg. o-Luneburg.

Disputationum biga de *Abrahamiticâ diei Christi visione*, ex Ioh. VIII, 56. Gryphisvaldiæ, 1681. quarum prior sensum loci genuinum evolvit, Resp. *Davide Malachiâ Stebenhaar* / Magdeburgensi, ibidem gradu Magisterii tunc ornato ; posterior usum loci exponit, eumque ab abusu vindicat, Resp. eodem. (6½. pl.)

Disp. de *Crucifixione Christi satisfactoriâ in medio maleficorum factâ*, ex Isai. LIII, 12. & Ps. XXII, 17. Gryphisvaldiæ, 1681. Resp. *Engelberto Bronnero*, Hamburg. tunc Eccles. Otterndorffiensis in Hadeliâ Diacono, & Phil. Magistro ibidem renunciato, nunc Pastore primario apud Wittmundenses in Frisia Orient. (2½. pl.)

Traçtatus de *Melchisedeci Historiâ & Figurâ*, ad Gen. XIV, 18. sqq. & Ebr. VII. 1. sqq. novem Disputationibus constans, quarum I. agit de *Melchisedeci nomine & personæ naturâ*, Resp. paullò antè memoratò *Engelb. Bronnero*, tunc Phil. Candidato, Gryphisvaldiæ habita an. 1681. (propter defectum exemplarium an. 1693. recusa, & Resp. *Sven. Iona Tirslovio*, Sveco, rursus ventilata) II. de *Melchisedeci origine & stirpe*, Gryphisvaldiæ eòdem *Bronnero* Respondente habita (quæ similem ob causam an. 1698. recusa & Respond. *Henrico Hirnero*, Woffelsflötâ Hollato, denuò examini submissa est, ceu mense Iunio p. 87. memoravimus.) III. De *Melchisedeci Titulo Regio & Regiæ sedis loco, Schalem*, Rostochii, 1683. Resp. *Christ. Frid. Schulteto*, Zittâ-Lusato, nunc Pastore Klinekenfi propè Parchimum IV. de *Melchisedeci regiò actu*, scilicet *prolatione panis viniqve munificâ non sacrificâ*, Resp. eòdem *Sculteto*, 1683. V. de *Melchisedeci titulo Sacerdotali*, Resp. *Christ. Godofredo Tilesio*, Prussio, Rostochii, 1685. VI. De *Melchisedeci actu Sacerdotali, Benedictione*, Resp. *Mathæo Müllerò*, Dantiscano, nunc Philos. Mag. 1687. VII. De *Melchisedeci effectu Sacerdotali, decimatione*, Resp. *Ioh. Godofr. Finckio*, Obersdorf. Thuringo, 1690. VIII. De *Melchisedeci Typo innato*,

quo Christum quoad singularem ejus personam & generationes planè ineffabiles adumbravit, Resp. *Augusto Andr. Kiel*, Rostoch. 1691. IX. De ejusdem Typo tum innato, in officio Christi Regio & Sacerdotali conspicuo; tum illato, in S. Eucharistia bifariam spectato: Resp. *Ioh. Ioachim. Poltizio*, Rostoch. nunc Phil. Mag. 1693. (1. Alphas. 3. pl.)

Triga Disputationum de controversissimo Eva Triverbio Gen. IV, 1. quarum prima fuit proposita Resp. *Iodoco VVenemaro Ostermann/ Westph.* 1683. deinceps ob defectum exemplarium an. 1687. recusa, & Resp. *Ioh. Ern. Chrysandro*, Hertzberga-Sax. denuò ventilata. Secunda Resp. *Godofredo Steugebaur / Vratisl.* 1684. Tertia Resp. *Frider. Pampio*, Soldin. March. 1687. (7. pl.)

Dispp. Historica, de Terrarum Meckelburgicarum, Titulorumque Ducalium hinc sumptorum origine; quarum prima, quæ originem hanc remotè spectatam post Deum ad Reges Obotritorum Vandalorumque longo ordine recensitos refert, in Natali Seren. Ducis Meckelb. CHRISTIANI LVDOVICI sexagesimo primo habita, Resp. *Dan. Volrado Zettlin*, Büzov. Meckelb. 1683. (5. pl.) posterior, vel etiam tertia, adhuc prelum expectat.

Disp. de Providentia Divina, Resp. *Christiano Alardo*, Malchin. Meckelb. 1683.

Tractatus Germanicus: Folgegründere Bedenck. Schrifte über die Bestiche sonderbare Art Hochzeitsd. zu schreiben und zu reden/ den Erachtliebenden zum dienlichen Unterricht. Hamburg/ 1685. (6. pl. in 8.)

Semicenturia Anagrammatum purissimorum, ex Imperatoris Nomine, Titulis, præcipuè integro, conscripta, & Viennæ an. 1686. m. Ian. Augustissimo Imp. LEOPOLDO in Conclavi Cæsareo, præviâ quâdam Orariunculâ, (quam Ipse clementissima responsione Latinâ dignatus fuit) humilimæ gratulationis ergo de manu in manum exhibita, sub titulo: *LeopoLDV: Viennæ hVngarIaqVe Liberator fortVnatIssIMVs.*

Disp. de Altari Gideonis, ex Iudic. VI, 24. Resp. *Carolo Czerlinski*, Dantisc. nunc Phil. Mag. & in viciniâ Patriæ Pastore. 1687: (4. pl.)

Disp.

Disp. de *Ephod Gideonis*, ex Iudic. VIII, 27. Resp. eòdem 1688. (2. plag.)

Disp. de *Magistratus & suppliciorum constitutione divinâ*, ex Gen. IX, 6. in Natali Seren. Ducis Meklenb. CHRIST. LVD. Resp. *Joh. Petro Schwaben/ Sternberga* Meckelb. 1687. (2. plag.)

Pars prima Dissertationum Exegeticarum in illustrata *Isaialoca*: Quarum I. exhibet quatuor loca de generali inscriptione *Prophetia Isaiana*, ex Isai. I, 1. & de toto corpore *Regni Ihuda percusso*, v. 5. 6. de *Sacrificiis aliisque cultibus Ihudaorum Deo sine penitencia abominabilibus*; v. 10-15. & de vero emendationis medio, *Penitentia*, v. 16. sq. Resp. *Joh. VVendelero*. Rostoch. nunc Phil. M. & Templi Primarii Wismar. Archid. 1686. (Hæc Disp. propter exemplarium paucitatem an. 1692. recusa, duobus quaterniobus aucta, & Resp. *Joh. Mehnoro*. Granfoa-Marchico, denudò ventilata fuit) (3½. pl.) II. agit de *Monte domus Domini* firmiter & eminenter constituto, simulqve catholico gentium confluxu mirè frequentato, ex Isa. II, 2. 3. & Mich. IV, 1. 2. Resp. *Matthæo Müllerio* Dantiscano, 1686. (2. pl.) III. de *gladio gentium verbo Evangelii redargutarum in vomeres convertendû*, &c. ex Isai. II, 4. & 6. Resp. *Joh. Pißorio*, Fridland. Meckelb. nunc in Patria Pastore, 1687. (1½. pl.) IV. de *Taspis ac Vespertilionibus*, an à Ihudæis sint adorati? ut & *Homine illo, cui spiraculum in naribus*, ex Isai. II. v. antepenult. & ult. Resp. *Carolo Czerlinski*, Dantiscano, 1687. (1½. pl.) V. de *Zemach Iehova & fructu terra*, ex Isai. IV, 2. Resp. *Ioachimo Utecht/Sedin*. Pomer. 1687. (2. pl.) VI. de *purgatione sordium sanguinumque filiarum Zion per Spiritum iudicii & ardoris*, ex Isai. IV. 4. Resp. *Erico Horningio*, Prussio, 1687. (2. pl.) VII. de *Trisagio Seraphico prior*, quæ *protheoriam*, ejus s. circumstantias temporis, objecti & cantorum exhibet, ex Isai. VI, 1. 2. 3. Resp. eòdem *Horningio*, 1687. (1½. plag.) VIII. de eòdem *Trisagio posterior*, quæ *Theoriam* s. argumentum s. sensum ejus & stabile confectarium vel usum exponit, Resp. *Davide VVstzelio*, Stolpâ Pomer. 1687. 1½. pl.) IX. de *Virgineo conceptu partuque quò Immanuel in lucem producit*, ex Isai. VII, 14. Resp. *Luca Beselin*, Rostoch. nunc Phil. Mag. 1687. (2. pl.) X. de *Lege & Testimonio Scripturarum Canonicarum*, tanquam norma &

lucis fonte, in omnibus Religionis capitibus unicè consulendo, ex Isa. VIII, 20. Resp. *Danièle Merian*, Wittstock-March. 1687. (2. pl.) XI. de *magni luminis gaudiique inter sedentes in tenebris Iudæos & Gentiles, primumque Zebulonitas & Naphtalitas, nato & docente Christo, factâ manifestatione*, ex Isa. IX, 1. 2. 3. Resp. *Ioach. Dav. Mullero*, Perlebergâ March. nunc Phil. Mag. & Past. Wutkenfi, 1688. (2. pl.) XII. de *admirabili puero nobis nato*, ex Isa. IX, 5. Resp. *Christiano Besenio*, Kirizenfi March. 1688. (2. pl.) XIII. de *Nomenclaturâ Messie divinâ*, ex Isa. IX, 5. Resp. *Iob. Ernesto Chrysandro*, Hertzbergâ Saxone, 1688. (1½. pl.) XIV. de *Principatu Messie infinito, & clausulâ huius concionis Evangelicâ*, ex Isa. IX, 6. Resp. eodem *Chrysandro*, 1688. (2½. pl.) XV. de *corruptoribus iustitiæ inter visitos curvandi, vel inter occisos casuris*, ex Isa. X, 4. in Natali Seren. Ducis Meckelb. CHRIST. LVD. Resp. eodem *Chrysandro*, 1688. (2. pl.) XVI. de *Conversione Reliquarum Israël, ejusque causâ*, ex Isa. X, 22. 23. & Rom. IX, 27. 28. Resp. *Iob. Gotthfr. Fünckio*, Thuringo, 1689. (3. pl.) XVII. de *Oleo propter quod onus ab humeris, jugumque à collo populi Dei remotum*, ex Isa. X, 27. Resp. *Timotheo Lückemanno*, Malchin. Meckelb. nunc Phil. Mag. & in patriâ V. D. Ministro recens electo, 1690. (1½. pl.) XVIII. de *Libro apud Assyrios excisis frondibus per Magnificum casuro, nec non Surculo apud Zionem ex radicibus Iisabas prodesturo*, ex Isa. X, 33. 34. & XI, 1. Resp. *Brodero Enevvaldo*, Tunderenfi, 1690. (3. pl.) XIX. de *Spiritu Domini cum sanctissimo donorum senario super surculo Iischaiano requiescente*, ex Isa. XI, 2. Resp. paullò antè dicto *Lückemanno*, 1691. (3. pl.) XX. de *odoratu surculi Iischaiani in timore Domini exercendo*, ex Isa. XI, 3. Resp. *Ulrico Darju*, Rostoch. nunc Phil. Mag. & Ecclesiæ Parchimensis ad primar. Templum Diacono, 1692. (2½. pl.) XXI. de *Spiritu laborum Messie & luporum cum agnis, pardorumque cum hœdis contubernio mirabili, tempore Messie conspicuo*, ex Isa. XI, 4. seqq. Resp. *Julio Frid. Harimanno*, Ervvalda Curlando. 1692. (3. pl.) XXII. de *Cognitione Domini, quâ terra est repleta*, sicut aquæ operiunt mare, ejusque efficacîâ & fructu, ex Isa. XI, 9. Resp. *Dan. Christiano Stavenhagen/ Büzov*. Meckelb. 1692. (2½. pl.) XXIII. & ult. de *Radice Iisabas in signum popu-*
lorum

lorum ad illam concursurorum stante, ejusque requie summè gloriosa, uti & de fontibus salutis, ex quibus aqua cum gaudio hauriuntur, ex Isa. X, 10. & c. XII, 3. Resp. *Iohanne Vorasto*, Malchin. Melk. Scholæ Sternbergensis Rectore, 1692. (2½. pl.)

Disp. de *Mulieribus Zabheeb*, ad Exod. XXXVIII, 8. in Natali B. *Luiberi* habita, Resp. *Iodoco Andrea Hillebrando*, Pomer. Ecclesiæ Stargårdenfis Pastore. 1688. (3. pl.)

Disp. de *Angelorum concilio*, cui *Satanas interveniebat*, ex Iob. I, 6. Resp. *M. Matthæo Müller*, Dantisc. 1689. (2. pl.)

Disputationum biga, de *Angel. apud Deum Meliz*, ex Iob. XXXIII, 23. 24. quarum prior in Natali Seren. Ducis Melk. CHRIST. LVD. an. 1689. posterior verò in Natali Seren. Ducis GVSTAVI ADOLPHI, an. 1690. ventilata fuit, Resp. jam sæpè dicto *Chrysandro*. (7. plag.)

Breviarium Formulæ Concordiæ, Disputationibus 24. ventilatum, 1689. (2½. pl.)

Disp. Inaug. de *Akyrologismo*, cum Programmate, Resp. & Auct. *M. Balthasare Bleccio*, Dantisc. tunc Ecclesiæ D. Ich. apud Stetinenfes Pastore & alumnorum Cœnobii Inspectore, postea S. Theol. D. & templi summi Stetinenfis, quod S. Iacobo dicatum est, Archidiacono. 1690. (9. pl.)

Disp. Inaug. proponens *Philocaliam*, quæ complectitur selecta meletemata & theoremata, ad locos de *Theologia* in genere, de *Principio Theol.* de *Deo*, de *Christo* ejusque gemino statu cum Programmate, Resp. & Auct. *Simone Henningio*, Hafn. Dano, tunc ad Templum Iacob. ap. Rostoch. Archidiacono, vicinique ad S. Crucem Cœnobii Pastore, postea S. Theol. D. & ad S. Iac. Past. primario. 1690. (3. plag.)

Disp. exhibens B. *Lutherum ut Confessorem*, Martyri contra distinctum, in Comitibus Wormatiensibus maximè conspicuum, sub Moderamine ejus habita à Præside & Auct. *M. Ioh. Gottlieb Molero*, Dantisc. postea Græcæ L. in Acad. Rostoch. & inde Philosophiæ primæ in patriâ Prof. P. tandemque S. Theol. D. Resp. *Iohanne Schmiadio*, Stetin. Pom. nunc Phil. Mag. 1693. (4½. pl.)

Disputationum Triga, de *Autoritate Scripturæ S.* cum Programmate,

mate, sub ejus Moderamine habita ab eodem Præside & Auct. 1. *G. Mollero*, Respondentibus 1. *Carolo Augusto à Bülow*, Equite Mekelb. nunc apud Rostoch. Ecclesiasta Petrino. 2. *Georgio Elia Elischio*, Halberstad. 3. *Nicolao Richtero*, Dantiscano, nunc Phil. Mag. 1694.

Disp. Inaug. discutiens *Paradisum infernale*, cum Programmate, Resp. & Auct. *M. Paulo Pomian Pesarowio*, Prussio, nunc S. Th. D. ejusdemque in Acad. Regiomont. Prof. P. Ecclesiæ Cniphovianæ Cathedralis Pastore primario, ac Electoralis Consistorii Sambienfis Assessore, 1694. (9½. pl.)

Disp. Inaug. de *Sanctis cum resurgente Christo resurgentibus*, ex Matth. XXVII, 52. 53. cum Progr. Resp. & Auct. *M. Ioachimo Lindemann*, Rostoch. tunc Phys. & Metaph. in Acad. patr. Prof. P. & Templi primarii Mariani Archid. jam quoque S. Theol. Doctore. 1695. (4. pl.)

Pars secunda Dissertationum Exegeticarum in illustriora *Isaia* loca; quarum I. exhibet loca de *Massa Babel*, & *Monte excelsi*, super quem vexillum erat elevatum, ex Isa. XIII, 1. 2. Resp. *Gotsfredo Rohlfreß*, Streliz. Mekelb. nunc Phil. Mag. 1693. (3. pl.) II. agit de *Medio ad eversionem Babelis à Deo vocatis, mandatis & excusatu*, ex Isa. XIII, 3. 17. junct. Dan. V, 24. 30. 31. Resp. *Vlrico Darjes*, Rostoch. 1695. (3. pl.) III. de *Babelis eversione plane stupenda, proximeque futura*, ex Isa. XIII, 19. sqq. Resp. *M. Laurentio Zehe*, Neomarch. Ordinato Ecclesiæ Ministro, 1697. (3. pl.) IV. de *Lucifero, Aurora filio, admirabiliter à calis prolapsa*, ex Isa. XIV, 12. Resp. *Alb. Ioach. Krakevitz*, Equite Mekelb. nunc Theol. Candidato, 1695. (3. pl.) V. de *Serpente ignito volante futuro Zijonæ Pastore & Philistinorum occisore*, ex Isa. XIV, (juxta Lutherum XV.) 28. 29. 30. Resp. *Henrico Ascanio Engelste*, Rost. nunc Philos. Mag. 1695. (3. pl.) VI. de *Nuncio Gentis, triumphum contra Philistinos de nudata Zijone relaturo*, ex Isa. XIV, (juxta Luth. XV) vers. ult. Resp. *Henrico Thau*, Stasford. Sax. 1696. (2. pl.) VII. de *Juvenatibus, in excidio Moabi ad Zoar & Choronajim relatis*, ex Isa. XV, (XVI) 5. junct. Jerem. XLVIII, 34. Resp. *M. Laurentio Zehe*, supra laudato. 1696. (3½. plag.) VIII. de *Dimone rivus Moabitici sanguinis au-*
gen-

gendo, & Leone tam evadentibus extra patriam, quàm residuis in illà Moabitù immittendo, ex Isa. XV. (XVI) 9. Resp. Henrico Hsernero, Hosfato, 1697. (2½ pl.) IX. de Agno Dominatorù terra, ex Sella ad montem filia Zijonu mittendo, ex Isa. XVI, 1. Resp. Petro Johanne Hünfario, Rostoch. 1697. (4½ pl.) De reliquis Dispp. videlicet X. XI. & XII. ex Isa. Capp. XVI. XVII. XVIII. & XIX. vide suprà p. 34. & 104. De XIII. paullò antè dictum est. Quæ supersunt Disputationes, ad partem hanc secundam pertinentes, ex Cap. XX. usque ad XXVIII. inclus. proximè instanti anno 1699. D. V. (si modò per Respondentes licuerit) absolventur.

Disp. Inaug. de *Servo Dei iusto, per notitiam sui multos iustificante*, ex Isa. LIII, 11. cum Progr. Resp. & Auct. *M. Ioh. Manrius Polizio*, Berolin. March. ad D. Ioh. ap. Rostoch. Past. & Rever. Ministr. Seniore, nunc S. Theol. D. 1696 (4½ plag.)

Disp. de *Abramò solà fide, imputatà Seminii benedicti iustitià, iustificato*, ex Gen. XV, 6. & Rom. IV, 3. Resp. *Matthaeo Bohlio*, Rastemb. Prusslo, nunc in patria V. D. Ministro. 1696. (4½ pl.)

Disp. de *Rubicundo & candido Victore ab Edom sine sociò sociàque torcular calcante*, ex Isa. LXIII, 1-6. sub Moderamine ejus habità, à Præside & Auct. *M. Zacharià Grapio*, S. Th. Baccalauro, Resp. *Jonà Job. Phragmeno*, Rigà Liv. 1697. (5½ plag.)

Disp. Inaug. prior pro Baccalaureatu, de *Filio Dei ex Aegypto vocato*, ad Matth. II, 15. & Hof. XI, 1. Resp. & Auct. *M. Job. Petro Grünenbergio*, Harburgo-Lunéb. nunc SS. Theol. D. ejusdemque in Acad. Rostoch. Prof. P. ac districtus Mekelb. Superint. & posterior ejusdem argumenti, pro *Doctoratu*, cum Program. 1698. (19½ pl.) de quibus suprà mense Febr. & Mart. p. 19. & 34.

Disp. exhibens *Matthaeum Eugenealogon*, ad Matth. c. I. quam sub Ejus Moderamine idem *M. Grünenbergius*, tunc S. Th. Baccalaureus, Resp. *Ioh. VVichmanno*, Hamb. an. 1698. habuit. Vide suprà p. 20.

Bigæ Disputationum de *Conjugio Clericorum, & utrâque specie in S. Canà*, ex Juris Canonici monumentis hoc anno habitarum, (de quibus suprà p. 103. & 153.) sequenti anno pluribus augebitur.

Tractatus Germanicus Anti-Iesuiticus, sub titulo: *Dreissstiger Enürmer* / &c. (de qvò præced. mense Nov. p. 197.) sub prælo adhuc calet.

Delicia Anagrammatica Vernaies, Æstiva & Autumnales, cum prodromo *Hyemalium*, h. e. Anagrammata variorum planè argumentorum, successivè in ætate Juvenili, Virili & provectiori, usque in hunc annum, occasione sic ferente conscripta, & svasu non omninò nullorum collecta, certisqve misibus disposita, & perennanti Fautorum Amicorumqve honori ac memoriæ consecranda, Typographi manus, impensis cujusdam expectant.

Isagogæ quoque *Biblicæ* inter MSS. latet, h. e. Tractatus, *Isagogen* in omnes V. T. libros exhibens, horumqve Auctores, contenta, chronologiam & similia scitu necessaria, in usum juventutis studiosæ describens.

Porro *Decisiones Dubiorum vel Controversiarum in potissimis & illustrioribus V. T. locis occurrentium*, (qvibus succinctè & dilucidè 1. Quæstio proponitur, 2. variæ interpretum sententiæ componuntur. 3. Rationes dubitandi opponuntur, 4. Decisio interponitur, 5. Rationes decidendi exponuntur, 6. solutiones dubiorum apponuntur) expectant, ut editoris cujusdam sumptibus luci exponantur.

Scediasma deniqve de *Terrâ Polaborum* inter MSS. ejus latitat, jussu Illustris Sverinensis Aulæ superioribus annis consignatum, cum de vacante terrâ *Razeburgo-Lavvenburgensi* disceptaretur, ostendens ex Historicis, *Terram Polaborum* esse tractum *Razeburgo-Lavvenburgicum*, illumqve olim tot retrò seculis proprium avitum & hæreditarium fuisse Regum Obotritorum & vetustæ gentis Henetæ, h. e. Mekelburgensium (qvi & Reges Polaborum audiunt) Serenissimæ Domûs Mekelburgicæ prosatorum & conditorum, (à qvibus rectâ planè lineâ descendunt Serenissimi Duces Mekelburgici) sed injuriâ bellorum, à Saxonici Imperatoribus, ac Ducibus, sub prætextu Religionis propagandæ, contra Reges Obotritorum, h. e. Mekelburgensium, (ex Gentilismo tunc conversos & non ægrè Christianos, sed magnâ crudelitate & avaritiâ Saxoaurum ad rebellionem & apostasiam commotos) gestorum,

rum, iniquissimè ereptum aliisque cognatis Saxonibus in feudum deinde collatum.

COLBERGÆ

Die 6. Octobr. *Bogislavus Stebeherr* / Colbergenfis, '(*Friderici Stebeherrn* / Potent. Elect. Brandenb. Commerciorum Consiliarii, filius, qvi an. 1696. Lipsiæ, Præside *D. Ioh. Oleario*, disputavit de *Episcoporum primitivæ & modernæ Ecclesiæ discrimine* in locum defuncti Dn. *Crügeri*, ad officium *Pastoris Templi SS. Georgii & Nicolai* in urbe Patria vocatus est.

REGIOMONTI

Die 11. Novemb. *Bernhardus von Sanden* / Senior, 'SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. Concionator Aulicus Primarius, Consistor. Samb. Assessor, Fac. Theol. Senior, & h. t. Acad. Rector, Theologiæ Positivæ Disputationem *undecimam de Peccato*, Respondente *M. Friderico Stadtländer* / Reg. Prussio, habuit. (2½. plag. in 4.)

Petrus Schwenner / Reg. Prussus, I. V. Cand. (de qvò mense Aug. p. 132.) à Facultate Iuridicâ Regiom. *Licentiati* lauream modestè petiit. Tentamen igitur & Examen rigorosum sustinuit, nec non ad Lectiones Cursorias fuit admissus, qvas 16. Novemb. publico Programmate indixit Decanus *Theodorus Pauli*, I. V. D. & Prof. primarius, Seren. Elect. Brand. Consiliarius & Iudicii Aul. Crimin. Præses.

Die 26. Novemb. *M. Theodorus Brock*, Regiom. Prussus, (Iennæ an. 1696. d. 1. Octob. in Magistrum promotus) d. 9. Octob. hujus anni in Facultatem Philosophicam Regiom. receptus, pro Receptione illâ *Theses Philologicas & Philosophicas* XI. publicè ventilavit, Respondente *Andrea Brock*. (1. plag. in 4.)

Die 28. Novemb. *D. Godofredus Wegnerus*, PP. Ord. disputavit de *Voluntate Dei gratiosâ, seriâ & efficaci*, omnes ac singulos homines per fidem in Christum salvandi. Resp. *Arnoldo Henrico Sahme* / Regiom. (2½. plag. in 4.)

Johannes Storbeccius, Rugenvaldo-Pomeranus, Pastor

vicini, pagi *Qredenau*, Dantiscī evulgavit *Concionem funebrem*, quam habuit in funere generosæ foeminæ *Louysa Charlotta à Cosporb*, Viduæ *Andrea à Kreitzem*, Potent. Elect. Brand. Inspectoris Sylvarum & Venationum supremi (*Ober-Forstmeisters*) in districtu *Oberland & Nishangen*/natæ an. 1634. d. 14. Octob. & an. 1698. d. 4. Apr. mortuæ, quæ, quia piè vixit, nec non de bonis suis egregiam portionem ad pias causas legavit, memoriam suæ bonis omnibus commendavit. (5. plag.)

VPSALIAE

Olavi Rudbeckii, Medici & Polyhistoris Vpsaliensis celeberrimi, *Atlantica pars tertia*, (quam mense Ianuar. p. 12. prope diem prælo liberatum iri diximus) jam typographéo exiit, pariterque ac binæ partes præcedentes, quamplurimis rebus notabilibus ac curiosissimis referta, eruditorum manibus oculisque se commendat. Titulus operis hic est.

Olfi Rudbæcks Atlants eller Manhemms tredje Del / &c.
Olavi Rudbeckii Atlantica seu Manhemii pars tertia; In quâ vetustissima majorum nostrorum Atlantidum lapidibus, fago atque cortici Runas suas incidendi ratio, unâ cum tempore, quò illa primùm cæperit, exponitur. Deinde Aurei Numeri singulis annis tributi, & Signorum cælestium, quæ hinc ad Græcos & Latinos sunt translata, vera origo ac significatio traditur. Tum sex illæ à diluvio Noachi proximæ ætates, atque in illis prima Atlantidum nostrorum reipub. forma, describuntur: quæ migrationes & bella sub Boreo seu Saturno ejusque filio Thoro seu Iove gesta sunt, recensentur: & denique Scytharum, Phœnicum & Amazonum his ducibus in Indo-Scythiam & Phœniciam seu Palesstinam e Sveonia factæ expeditiones enarrantur. Quibus omnibus mythologiæ per plures, quarum sensus, in hunc usque diem incognitus, heic demum detectus prodit, jucundæ sanè & perquam utiles adjunguntur. Vpsalæ, Typis & impensis Authoris, an. 1698. (8. Alphab. 6½. plag. in fol.)

Liber hic, Svecicè & Latinè scriptus, in 13. Capita dividitur, agitque Cap. 1. De antiquissimis Hyperboreorum scriptis, deq; Græcorum & aliorum populorum aliquid ex illis excerpenti more, Cap.

Cap. 2. de Aurei Numeri prælagiendi variaque portendendi vi. Cap. 3. de signis Cœlestibus, quorum præcipua primam Svedicæ originem suam debent. Cap. 4. de Aureo seculo, s. ætate ab initio mundi primâ. Cap. 5. de Ætate secundâ s. Argenteâ. Cap. 6. de Ætate tertiâ s. Saxeâ. Cap. 7. de Ætate quartâ Æreâ s. Fraxineâ. Cap. 8. de Ætate quintâ Heroicâ. Cap. 9. de Ætate sexta s. Ferreâ. Cap. 10. de primâ apud Septentrionales Imperii formâ. Cap. 11. de Atlantidum Imperii formâ sub Saturno ejusque expeditione. Cap. 12. de Iove, & formâ Imperii atque expeditionibus illius tempore variis, circa an. M. 1200. Cap. 13. de Migratione Atlantidum sub Iove, Baccho, Inacho, aliisque ad diversas terræ partes, ut sunt Thracia, Bactra, Indiâ, Ægyptus; inprimis verò in Phœniciam.

Ex WESTMANNIA

In hac Regni Sveciæ Provinciâ *Malier* quædam (incertum, quò Spiritu afflata) singulis hætenus diebus in publicum prodiit, & ad confluentem plebeculam sermones sacros habuit. Quam cum nuperimè Ecclesiæ Minister vellet compescere, zeloque correptus garrienti colaphos impingeret, maledixit illa verberanti, eique vindictam Dei, illo ipso die superventuram, minata est. Nec eventum diras istas caruisse, sed Ministrum Ecclesiæ sub vesperam omnem sanæ mentis usum amisisse, perhibent. *Arosia* etiam, quæ regionis hujus urbs est, puer esse dicitur, qui singulis diebus, horâ antemeridianâ undecimâ & pomeridianâ quintâ concionatur. Simile exemplum de Puero *Ienecopensi* refert *Bazius*, in Inventario Ecclesiæ Sveo-Goth. p. 765.

LONDINI in SCANIA.

Andreas Riddermark, Math. Prof. P. & h. t. Pro-Rector, (de quò p. 138. 161. &c.) totius Academiæ hujus Carolinæ nomine, CAROLO XII. Sveciæ Regi, die 21. Sept. de felici Adventu *Carminis Svecico* gratulatus est, nec non eodem mense de *Stellis fixis*, & de *situ telluris in Zonis*, disputavit.

MALMOGIAE SCANORUM

Iob. Jacobi Döbelii, Ducatus Scanicæ Medici Provincialis,
H h (qui

(qui Gothenburgo huc secescit) Historia *Penis cancroſi feliciter deſeſſi*, qvam menſe Majo p. 78. recenſuimus, ex Latino idiomate in vernaculam noſtram Germanicam linguam tranſuſa eſt, hōc titulo: *Warhaffter Bericht vom Geburts-Elleder, welches vom freſſenden Krebs inſicirt/ aber glücklich geſchnitten worden: nebst beygefügter Erörterung/ Ob der/ welcher zwar ſeine vollkommene teſticulos, von Natur aber nur eine kurze oder durch einen Zufall abgeſtūrzte Ruſſe hat/ zum Kinderzeugen tüchtig ſey?* Leipzig bey dem Verleger der Jaremiſchen edition, 1699. (2. pl. in 12.)

Idem D. *Döbelius* editurus eſt *Primerofium Suecanum*, VIII. Libris diſtinctum, ſive de Erroribus Vulgi in Svecia. Lib. 1. ager de Erroribus circa Medicinam & Medicos. 2. de Erroribus circa morbos utriqve ſexui communes. 3. de Err. c. morbos Virorum. 4. de Err. c. morbos Mulierum. 5. de Errorib. c. gravidas. 6. de Err. c. Parturientes & Puerperas. 7. de Err. c. Infantes. 8. de Err. c. Natrices.

Ejusdem D. Iob. Iacobi Döbelii Obſervatio Anatomica de Glire hermaphrodito, cum annexa diſquiſitione, an homo ex ſe in ſe ipſo concipere & parere valeat?

Exenteravit olim *Theophaſtus Molitor Lynceus* murem majorem, Rattum, qui hermaphroditus erat & prægnans, utriusqve ſexus genitalibus omnibus conſtans; vid. hiftoriam in *M. A. N. C. D. I. an. 2. ad obſ. 203. pag. 304.* Cum qva in qvibus hiftoria de glire hermaphrodito conveniat, & in qvibus diſcrepet, ex ſequentibus patebit.

Anno 1696. d. 29. Auguſti cum Wismariæ apud Sororem meam commorarer, otiumqve variis anatomiis privatis abſolverem, glirẽ quoqve captum tabulæ anatomicæ impoſui, atqve in eo obſervavi:

1. Penem perfectum, qui preſſus ſeminis circiter guttulas 3. reddebat, iterumqve vexatus tantillum denuo
2. Sub pene, loco Scroti rimam inveni, vel potiùs Vulvam.
3. Latitudine minimi digiti à Vulva, extremum poſitum erat in-

intestini recti. Quæ facies, quemadmodum aspectu rara ac jucunda erat, ita curiosiore acie abdomen incidi ad conspiciendas internas, exterioribus partibus connexas. Et ecce! offendi

4. Uterum in cujus cornubus novem fururorum glirium rudimenta exstabant, ita quidem locata, ut cornu dextrum sex, sinistrum verò tria contineret, magnitudine, figura & colore ova coëta piscis Lucii referentia.

5. Ovarium utrinque, vasis sangviferis atque adipe rubicundo pariter colore conspicuum: certò judicio haud ita diu imprægnatam fuisse bestiolam.

6. Flatus Vulvæ immissus Vesicam Urinariam ex lege connexionis occupabat, ad cornua vero non penetrabat, cum satis superque sit notum, quàm firmiter orificium Uteri internum à secundo claudatur congressu.

7. Nec vasa præparantia nec Vesiculas seminales vidi, sed quæ aderant, ex cruralioriebantur vasa.

8. Nervi Penis ex lumbaribus oriundi utrinque Urethram distinctè comitabantur.

9. Penis perfectus Urethra & corporibus suis nervosis constabat.

10. Testiculos autem neque externè, neque reconditos observavi ullos. Servavi hætenus exemptas partes, pluribusque tam Wismariæ, quam in multis aliis locis, atque etiam in Svecia, unè cum hermaphrodito pisce, de quo impofterum, demonstravi.

Hisce recensitis, de præcipuo, quod præsens observatio suppledat, dicam momento. Adeoque non diffitebor, dari simul in Brutis perfecta utriusque sexus genitalia.

Ponam, hominem & bruta utroque munere, tempore licet diverso, cum fructu fungi posse, quemadmodum in *Act. Anglic. 1666. m. Febr. & in M. N. C. D. 1. an. 3. obs. 168.* hermaphrodita singularis dixit se ad utrumque sexum comparatam esse, cum feminas concupiscit penem erigi, cum Viros, flaccidum manere. Ponam, Bruta semet imprægnare ac parere posse, quemadmodum historia Molitoris cum præsentì probabile reddunt, præprimis, si in hac occultas quasdam vias, quibus semen ad Uterum fuit delatum, præ-

supponere velis: interim tamen, si, quemadmodum in Zootomia fieri debet, ad nosmet, h. e. ad hominem redeamus, huic sententiae nondum subscribendum esse, & fides anatomica, & pia iuvent meditationes. Equidem *Fortunius Afaytatus*, Physicus atque Theologus Italus in suis considerationibus physicis atque astronomiis, Paulo III. Pontifici Max. inscriptis, & Venetiis 1549. impressis de conceptu androgyneo c. 2. refert, quod *Merlinus* Britannus an. Christi 446. ex ea matre natus sit, quam constabat, sine viro concepisse, cum forte se cum viro jacere somniaret. Plures historias vide in *M. N. C. an. 2. D. 1. O. 203.* ubi talem ex *Afaytati* c. 5. lege sententiam: Dari Hermaphroditos, utriusque sexus munus egregie absolventes, & alterum tantummodo sexum foris ostendentes, feminea genitalia exterius conspicua esse, virilia intus latere, semine prolifico praedita, & per certum seminis ductum quotiescunque opus sit, semen ad matricem, vehementi aviditate illud excipientem, referre, illudque penetrare, illa etiam virginica membrana, in loca ad generationem accommodata, illicque residere, & ita conceptionem fieri eodem modo, ac si cum viro rem habuisset, & hoc plerumque solere per somnum usu venire, quò tempore sagax natura ad Venerem excitandam varia simulacra confingere facile potest. Servatis igitur naturae legibus, satis constare arbitratur, mulierem sine viro foris adhibito concipere posse. Verum enim verò, ut errores hunc ratiociniorum contra Philosophiam ex Anatomia & modernis experimentis institutam, superflue commissos silentio praeteream, id solum commemorasse sufficiat, hactenus nullas extare anatomias, quae in homine tale, quale *Afaytatus* explicuit, exhibuerunt schema. Neque statim aureus mons nascitur, aut reperitur, etiam si montem talem animò mihi repraesentare possim. De dente aureo Pueri cujusdam Silesii, qui ejus causam partim naturalem, partim prodigiosam statuerant, plures detecta fraude edocti fuerunt, modum facilius explicari rem autem vix dari. vide *Sennert op. T. 2. lib. 2. part. 1. c. 15.* Rationibus hac in re qui nititur, destitutus observationibus, eos minimum contradicentes habebit, qui cum *Galeno lib. 1. de Sem. c. 2.* nulli fidunt anatomico, priusquam ipsi (aut etiam alii cordati) etiam

am cognoverint, ea, quæ saltem possibile erat, in experientiam venire, h. e. anatomicus hac in re expectabit experientiam, quæ hisce formulis indicatur: VENI, VIDE, aut VISA LEGE. Quod singularem illam hermaphroditam attinet, de partium externarum utriusque sexus existentia nullum equidem superesse videtur dubium: Sed eja! quæ de internis certitudo? Et quid illud contra nostrum assertum? Quia propter quamdiu partium desideratarum existentia non satis est cognita, tamdiu cum Cartesio dubitandum, præprimis svadente & volente id ipsum Christiana Religione ac Pietate. Quid enim hoc concessio obstaret, quæ minus Nasutus quis urgeret, Marem ex rerum natura, sine generis humani interitu, exesse posse? id, quod Affaytatus speciose ita proponit: Quia in re providæ & almæ naturæ ingentes sunt agendæ gratiæ, quæ nullo pacto genus nostrum perdi, aut extingvi voluerit, etiamsi viri non invenirentur, aut feminas prorsus odissent, imò omnia procurasse naturam, ut humanum genus tueretur & conservaret, illudque etiam homine invito latius propagaret. Heus bone vir! Eqvis primus creabatur? Et cur Eva viro fuit juncta? Quæ illa natura, quæ hoc modo tueri vult genus humanum? Et quis ille Iehova, qui alio? Quid? Quod si Iudæus tecum? Sed rumpo filum, mihi quæ, si quis vel maxime ipsas præmonstraverit partes, sufficit, Merlinum absque Viro, non autem absque semine humano fuisse conceptum. Denique, quivis mecum perpendat, quàm bene res Scortorum, & adultricium ageretur! Certe, si quod contra sextum præceptum fingi potuisset Patrocinium, in hac sententia illud firmiter statui posset, quàm tamen mecum quivis Christianus Medicus æternum detestabitur.

Scholium

Joh. Jacobi Stolterfothi, D. P. P.

Hermaphroditarum existentiam tam in *vegetabili* quam *animali* Regno tot Naturæ curiosorum observationibus credo probatum, quot recensendis dies non sufficeret. Quid vero constans magis quam de Leporino genere constanter hermaphroditico, vel quoties parit, sexum mutante, Venatorum fama? cujus erroris causam secus

credentibus Plinio L. VIII. H. N. c. 55. & *Æliano* L. XIII. de *Animal.* c. 12. ex *Sebitz.* L. 2. de *Alim. facult.* p. 688. pro virili detegere conatur *D. D. Christian. Franc. Paulini Lagographi. curios. Sect.* 1. c. 3. p. m. 85. sq. Androgynam Londinensem, cujus sit mentio *Aët. Philo-sophic. Anglic. Mens. Febr. A.* 1667. p. m. 510. eandem fuisse crediderim, quam ipsimet, cum ante aliquot annos Londini essemus, vidimus. Ad utramque Veneris aciem se paratam juramento confirmabat, dum, ad stipulante ibidem fama, nupta viro & prolis Mater antea fuerat, ac perfecta virgulæ erectione hymenis referare penetralia non semel tentaverat. Ceterum barbata erat, & crinibus crispa, vocemque si audires, virum diceres. Pileo tegebatur caput plumato, tunica virili medium ventrem, at muliebri inferiore velans,

*Mercurio genitore satius, genitrice Cythera
Nominis ut mixti, sic corporis Hermaphroditum.*

An vero generandæ proli sufficiens fuerit? sum nescius. Ejusdem farinae Androgynos sistant *Paulus Zacchias* q. q. *Medico-legal.* L. VII. T. 1. qv. 9. f. m. 604. & *M. Georg. Hannæ* *Aët. Med. Hassn.* Vol. IV. obs. 79. p. m. 183. Hermaphroditus uno eodemque tempore in utroque sexu perfectus an detur? litigent cura *Aristotele* L. IV. de *generat. Animal.* c. 4. *Emilio Paris.* de *subtil. Microc.* L. 5. *Exerc.* 1. c. 11. aliisque illi, qui materiam hanc fusiori submittere disquisitioni sustinent. Rarum interim contingens esse, cum *D. P. Phil. Jac. Sachs* in *Schol. ad M. N. C. Dec.* 1. A. 2. cl. CCIII. credimus, cui, ut solus sibi ipsi utroque sexu sufficere possit, res videtur esse valde difficilis, quæ & credi & probari satis queat. Quisquis autem fuerit ille *Fortunius Affaitatus* sive *Physicus* sive *Theologus*, infantia ipsum laborasse de *Hymene* præjudiciis, asserere auisim. Quamvis enim existentiam ejus tot Celeberrimi *Hysterotomi*, & inter eos *D. D. Joh. Casp. VVestphalus* *M. N. C. Dec.* 2. A. 8. obs. 215. ut & *Excell. Dn. D. Bernh. Albinus* *Acad. Francof. ad Oder. Prof. celeb.* ante aliquot annos sagaciori cultro anatomico in Puella Auditoribus suis demonstraverint, à particulari ad universale tamen non valet consequentia, quasi toti hoc contingat sexui muliebri, Hinc quoties id accidit, præter naturam & monstruosum esse, optime

me concludunt *Sennert. Pr. P. 2. S. 3. c. 2. Paul. Zacchias l. c. L. 4. T. 2. qv. 1. f. m. 376. Regn. de Graaf de Mulier. organ. genital. c. 5. Excell. D. D. Bohn. in Medicin. forens. & alii quos ibi magno citat numero, unde sæpius obstetricantium temeritate tanquam inutile operimentum dirumpitur, quo obviam eant malis inde oriundis, quorum haud pauca recenset Regn. de Graaf l. c. p. m. 103. sq. Sed hæc ὡς ἐν παραδείῳ. An vero conceptio detur solitaria? quæstio est curiosam impietatem fovens, ac prostibulorum facinora præternaturalitatis pallio argute tegens. Ad imaginationis vires confugiunt Scortorum Patroni, quas tantas cum Paracelso deprædicant, ut & Spectra produci possint. conf. *Posner. D. de Viruncul. Metall. S. 22. Ineffabiles easdem esse, tot experimentis edocti, ultro confitemur, ita ut etiam agat in distans, in mediis præsertim naturalibus. vid. Paracels. de Philos. sagac. Helmont. de Magnet. vuln. curat. Marc. Marci à Kronland Philos. vet. restit. P. ult. &c. Lac ad mammas deferat, ut vult Diemerbræck Anat. L. 2. c. 2. Ipsum foetum signet, vid. Horst. L. 2. obs. 3. Act. Med. Hassn. Vol. 2. obs. 1. p. m. 1. l. c. obs. 82. p. m. 201. Har- der. Apiar. obs. 91. p. m. 340. VValdschmid Ep. 2. ad Dol. p. m. 47. Ett- müll. Oper. T. 1. f. m. 76. 154. 170. 202. Müller. Disp. de not. & figur. Infant. ab imaginat. Matr. ort. habit. VVitteb. An. 1641. M. N. C. Dec. 1. A. 8. p. 73. 92. Dec. 2. A. 5. p. 53. A. 8. p. 254. 483. &c. &c. quibus conf. Disp. n. de Idea Errante in Monstror. generat. habit. Gryphiusvald. A. 1695. At in producendo Homine, tam stupendo composito, magis provida est alma Mater, quam ut ad libidinis sensum appareat summi Numinis Imago. Hinc non immerito suspecta est Bartholino sententia Parlamenti Gratianopolitani, quæ prodiit Parisiis A. 1631. in causa Matronæ cujusdam; quæ filium peperit sine viro, quatuor post ejus absentiam annis Cent. 1. Ep. 16. p. m. 88. De Virginum Viduarumque; castitatis specie sese alias commendantium *Mols*, multa passim in scenam producent exempla Naturæ curiosi. Septem Virginis Matrici inclusas notat *Anhorn. M. N. C. Dec. 2. A. 1. p. 113. Possibilitatem ejus evincunt Schenk. L. 4. obs. 3. f. m. 593. Excell. D. D. Hannemann. Act. Med. Hassn. Vol. 3. obs. 17. p. 28. l. c. Vol. 4. obs. 11. p. 37. In Viduis *Mols* observant Rhod. Cent. 3. observ. 53. *Ruyssch. obs. 58. p. 75. aliiqve. Sed ne sanguinis menstrui****

coagulum, aut scirrhosam quandam substantiam hoc salutemus titulo, Molarum generationes & differentiae probe veniunt considerandae, quas praebent *Harder. Apier. obs. 92. p. 341. sqq. Fesch. Diss. de Molis §. 21. M. N. C. Dec. 2. A. 2. obs. 185. Bohn. Medic. forens. Tit. XI. Ettmüll. Colleg. Practic. f. m. 1082. &c.* ita ut is qui conceptionis causas & modum novit, haud temere cum *Excell. D. D. Bohn l. c.* concludat: quia sine Viri cohabitatione. Molae raro generantur, suspectam maxime esse tales gerentium atque enitentium pudicitiam, imprimis ubi conformationem paulo distinctiorem ac aliquid vitalitatis hae habeant, ut per consequens in judicio ferendo omnium circumstantiarum accuratior veniat habenda ratio. Conf. *Zacchias l. c. L. 3. T. I. qv. 7. it. Consil. 39. f. m. 70. Ettmüll. l. c. f. m. 1082. Lamzperd. Natural. Mol. uter. Histor. c. 18. 19. &c.* Patet & inde, quid de Foemina illa in balneo ex contactu seminis à lascivo juvene ejaculati impraegnata, sit habendum! cujus meminit *Averrhoës l. 2. Coll. c. 10.* & quanto digna sit cachinno relatio *Amati Lusit. Cent. 2. Curat. 18. de Muliere Turcica*, quae à Marito longum iter parante recenter compressa, nulla mora in vicinas aedes se contulit, ubi alteram mulierem a se amatam similiter comprimens, gravidam reddidit? quod *Homerus* de *Xantho* & *Ballio* duobus Achillis equis ex Zephyro natis, canit, quis sanae mentis aliter interpretaretur, quam quod equorum qualitatem ventorum velocitati comparaverit Vates! Ne dicam, quanta blasphemiae nota ipsis inureretur Salvatoris nostri Natalitius. At manum de tabula.

HAFNIAE

Die 2. Novemb. *M. Focho Alberti Vith*, Collegii Medicæi membrum, Disputationem primam Historico-Philologicam, de *Formulis jurandi*, publicæ Disquisitioni subjecit, (2½. plag. in 4.) Capite 1. hujus Dissertationis variae juramenti definitiones afferuntur; Cap. 2. autem variae jurandi formulæ apud Ethnicos: quales, præter citatos auctores, etiam collegerunt, *Iob. B. Hansenius*, in libro de Iurejurando Veterum, *Stephanus Trelhierius*, de Iurejurando; *Erycius Puteanus*, de Iurejurando antiquorum, &c. quos ab

ab interitu nuper vindicavit *Ioh. Georgius Grævius*, Thesauri Antiquitatum Roman. Tomo V.

Die 5. Novemb. vivis excessit *Erasmus Bartholinus*, (Casp. filius, & *Thomæ Medici* frater) Med. D. ejusdemque & Mathematicarum Prof. in Academiâ Hafniensi, S. R. M. Consiliarius Statûs, Justitiæ & Cancellariæ, nec non summi Tribunalis & Consistorii Assessor. Is an. 1625. d. 13. Aug. Røskildix natus fuit, patre *Caspare Bartholino*, SS. Theol. & Med. D. celeberrimo, Hafniæque & Lugduni B. literis imbutus, nec non summis honoribus Philosophicis in Academiâ patriâ ornatus, Belgium, Angliam, Galliam, Italiamque petiit, ac Patavii Doctoris Medici titulò auctus, per Germaniam domum rediit. Hic an. 1657. Matheseos, ac paulò post Medicinæ Professor fuit constitutus; an. 1671. jussu Regio institutionibus Mathematicis Principis GEORGII præfuit; an. 1675. Supremæ Justitiæ Tribunali admotus; an. 1684. inter Consiliarios Cancellariæ, & Justitiæ allectus, ac anno 1694. inter Statûs proceres. Obiit septuagesimo quarto ætatis anno, legavitque Pauperibus 1000. unciales; Vniversitati Regiæ 1200. ad ornandum Hortum Medicum; Academiæ Civi, in Collegio Regio degenti, 300; & tandem 500. imperialium annuum redditum illi, qui curam testamenti exequendi suscepturus est.

Die 9. Nov. in Auditorio Collegii Regii Disputationem Historico-Criticam, de *Religione Gamalielis*, Act. V, 34. depicti, habuit Præses *Jacobus Meulengracht*, Georgii filius, Respondente *Lamberto Vindefontano*, Ioh. filio. (4. pl. in 4.) Cap. 1. agitur de Nomine Gamalielis, ejus sectâ, officio, auctoritate, titulis, morte & sepulturâ. Cap. 2. discutiuntur rationes *Alph. Salmeroni*, Gamalielium Christianum fuisse statuentis.

Die 30. Novemb. B. D. *Erasmus Bartholino*, (cujus obitum paulò ante recensuimus, quique d. 24. Nov. horis vespertinis, fuit sepultus) *Oratione* funebri publicè parentavit *Christianus Wormius*, Professor designatus.

In Bibliothecâ Excell. V. *Johannis Moth*, S. R. M. Consiliarii, &c. diversi extant MSS. ingenii fœtus *B. Zacharia Lundii*, FRID.

III. Dan. R. Secretarii, Notarumque occultiorum interpretis (*Dechifrier*) Philologi eximii & Poëtæ felicissimi, partim ab ipso hōc auctore diligenter & cum curâ scripti, partim verò commentariis & notis illius illustrati; qui editorem expectant. Catalogus eorum hic est:

Zachariae Lundii Poëmata Latina. Sylvarum libri 2. Elegiarum libri 5. Carminum liber 1. Epigrammatum libri 3. Moralium libri 4. cum annotationibus.

Ejusdem Commentarius in *Hesiodi Opera* & Dies.

Ejusdem Commentarius in *Horatii Odas* & Epistolas.

Ej. Commentarius in *Isocrati* Orat. ad Demonic. & in Aureum Carmen *Pythagoræ*.

Petri Comestoris Sermones 68. in 3. Classes distributi. 1. de Tempore. 2. de Sanctis. 3. de Synodis. Nunc primum genuino suo auctori asserti & restituti, aliquot Codicum MSS. collatione recensiti, notis marginalibus, annotationibus & indicibus illustrati.

Gamsfredus de Poëtriâ novâ, perpetuo commentario illustratus.

Notæ & observationes in *Plutarchum* περὶ πᾶσι δὲ ἀγῶνῃς.

Doctōrum virorum *Epistolæ*, ad *Ioh. Meursium* scriptæ, ex incelsissimo Bibliothecæ *Sehefeldianæ* naufragio conservatæ.

Palladii Historia Patrum Ægyptiacorum, Græcè.

Seneca cum aliis Ethico-Politicis collatus.

In Typographiæ Regiæ, noviter adornatæ, primus liber Latinus sub prælo sudat, qui est *Otthonis Sperlingii*, IC. & Consiliarii Regii, aliquoties nobis dicti, Tractatus de *Crepidis Veterum*, vulgò *Pantoffeln*.

Francisci Thestrupii, Sermones Gamici, sive *Teda nuptiales*, de quibus mense Majo p. 79. dictum, operâ *Georgii Crameri*, Gröninga-Saxonis, Germanico idiomate prodierunt, hōc titulō: *Hochzeit-Sackeln/von dem Vater des Bräutigams angezündet/ den jungen Hochzeit-Leuten um das Gemüth zu erleuchten vorgetragen / tho aber/ damit sie frommen Herzen desto heller scheinen mögen/ auf den Leuchter gesteckt/ von Francisco Thestrupio, Nackscoviens. Eccles. P. & vicinar. Pr. nun zu mehrer Vergnügung aus dem Lateinischen ins Deutsche.*

Deutsche überfetzt von Georg Kramern. Copenhagen und Leipzig/
verlegt Johann Melchior Liebe/ der Königl. Univers. Buchhändler/
1699. (10. plag.) in 8.

Prælo paratum est Manuscriptum Danicum ab *Andreas Seve-*
rini Vedeliø concinnatum, quò SVENONIS, *Haraldi filii*, Da-
norum Regis, acta pacis & belli ab an. 980. ad an. 1014. ex di-
versis patriæ exterisque vetustis documentis recensentur. Accedit
brevis delineatio vitæ Auctoris.

Operâ denique & sumptibus Samuelis Garmanni, Bibliopolæ,
editum est scriptum Medicum, cui titulus: *Johannis Gailbarði*
Þholofatis de Vena sectione disquisitionis, ubi questio, an in Apo-
plexia sit vena secanda? solidis argumentis confirmatur.
Hafniæ & Lipsiæ, 1699. (5. plag. in 12.)

APENRADAE in Ducatu Slesvic.

M. Trogillus Arntiel Præpositus Apenradensis, Librum su-
um vernaculum de *Confirmatione Catechumenorum*, primâ vi-
ce an. 1693. Slesvici editum, revisum nuper auctumque ibidem re-
cudi fecit, hóc titulo; *Ehristliche Confirmation der Catechumenen/*
von der Apostel-Zeiten an bißher / aus der D. Ehrschrifft und Kir-
chen Antiquität beleuchtiget. Zum andernmahl vermehret auff-
geleat. Schleswig / 1698. (1½ Alphab. in 4.) Idem Aucto-
r Hamburgi curat imprimi Tractatum vernaculum de *Sepulchris Cim-*
brorum Gentilium.

GLVCKSBVRGI in Ducatu Slesvicensi.

Nocte inter diem 16. & 17. Novembr. intermediâ, anno ætatis
septuagesimo secundo, Glücksburgi mortalitatem explevit CHRI-
STIANVS, Dux Slesvici & Hollatiæ, Serenissimæ hujus familiæ
Senior, natus an. 1627. d. 19. Junii; qui licet ipse literas non exco-
luerit, literatos tamen fovit, & in primis Musicæ, tam vocalis quàm
instrumentalis fuit amantissimus.

SLESVICI

Typis excusa est *Johannis Friderici Henningsen*, Slesvicien-

us, *Oratio Panegyrica* in Nuptias auspiciatissimas FRIDERICI, Ducis Holsato-Gottorpiensis, & HEDWIGIS SOPHIAE, Principis Svedicæ, in Academia Lipsiensi d. 6. Iul. 1698. dicta. (8. plag. in fol.)

LVBECAE

Christianus Detblevus Rhodius, Pastor Barmstettensis in Comitatu Ranzovio (inque eo munere *B. Ioh. Lassenii* successor) cum *Iacobo à Mellen*, Ecclesiæ Lubecensis Presbytero, Nummos aliquot argenteos antiquos, in dicto partim Comitatu Ranzovio, partim verò Oldenburgico, terrâ erutos, communicavit. Horum unum, cum quò reliqui serè congruunt, hic delineatum exhibemus;



Sunt autem Nummi antiqui *Anglici*, ætate *Henrici III.* Regis cui, qvi ab an. 1216. ad 1272. Angliæ præfuit, extititque magnus rei monetariæ instaurator, ceu *Iohannes Storr*, *Annal. Angl.* p. 187. aliique Britannorum Historici referunt. Nam Regis istius faciem, manumque sceptrigeram, altero numismatum horum latere expressam videas, addito nomine: HENRICVS. REX. III. Alterum verò latius occupat Crux, globulis aliquot distincta, cum perigraphæ: RICARD. ON. LVND. vel in aliis NICOL. E. ON. LVND; aut WILLEM. &c. Quæ Episcoporum Londinensium nomina sunt, quorum auspiciis nummi isti (ON LVNDON, Anglo-Saxonica dialecto, h. e. prout hodie Angli efferunt, at London) Londini cussa sunt. Nam, quemadmodum V. Cl. *Oligerus Jacobæus*, Medicus & Polyhistor Hafniensis celeberrimus, datis ad prælaudatum Past. *Rhodium* literis rectè meminit, Regibus Angliæ non tantum plures olim in urbibus illustrioribus ades monetariæ erant, sed & nonnullis Magnatum, præcipuè Episcoporum, ut in

Vita Ælfredi M. Ioh. Spelmannus refert. Nummū verò delineati, eodem Jacobæo iudicē, Anglis Pennies, Anglo-Saxonibus Pennegas olim appellati, sunt Denarii, quorum quinque Solidum unum, sive Shilling, olim vocabant, quosque ita etiam Gvilielmus Lambertus in Ἀρχαιογραφία describit.

Titulos Librorum a Doctore J. Gröningio conscriptorum, quos secuti fidem Catalogi *Ejusdem Navigationi Liberæ* annexi, initio hujus anni pag. 6. strictim exhibuimus, nunc plenius ex mente Autoris (cum quidem Cl. Viri nonnullorum dilucidationem literis ab ipso nuper exposularint) dare è re ducimus, ut quid singuli contineant, atque promittant, paululum uberius constet. (1) Inter editos Dissertatio Iur. Publici Inauguralis de *Jure Electionis Regis Romanorum vivente Imperatore*, controversiam circa interpretationem ex Cap. 1. *Auræ Bullæ* ortam, an punctus electionis Regis Romanorum vivente Imperatore ad Principes quoque pertineat, sistit. (2) In *Harmonia supremorum in Imperio Judiciorum*, Judicii Aulici, Cameræ Imperialis, & S. Tribunalis Wismaricnsis modernus stylus & procedendi ordo explicatur, interspersis novissimis Præjudiciis Cameralibus ab Autore Wetzlaræ collectis. (3) Tractatum de *Navigatione Liberâ* quem pag. 5. recensuimus, variis locis auctum, novoque quasi amictu ornatum nunc iterum edere constituit. Singula, quæ ibi in favorem Borealium primum conscripta, eo stylo jam ab ipso adornata, ut generatim ad omnes Populos pertineant, & quæ tempore Belli mutua Belligerantium ac Pacatorum officia circa commercia sint, ex ratione & Jure Gentium facile concludi possit, non neglectis tamen quæ speciatim Borealibus in hoc argumento præcipua manent; Cui accedent Literæ Pufendorffii cum indicibus necessariis. (4) Additamenta ad Cl. Meursii Libros de antiquitatibus Græciæ, utpote *Elenfiniam*, *Cecropiam*, *Areopagum*, *Fortunam Atticam* &c. svasu Celeb. Polyhistoris J. G. Grævii, Biphiopolæ Amstelodamensi jam ante aliquot annos tradidit, qui Opera Meursii uno volumine congesta editurus. Anecdota quod attinet, conscripsit ante duo lustra (1) tractatum Philosophico-Juridicum de *Jure Hortorum*, quem ordine excipit (2) *Commentarius in Numisma Brandenburgicum*, occasione ex-

·peditionis Britannicæ a Wilhelmo Rege susceptæ, & consilio armisque Electoralibus, adjunctæ cūsum. Divisus est in tres Libros, quorum *primo* & *secundo* pars antica & postica Numismatis Philologice & ex prudentia Civili explicatur; *Tertio* Historia Expeditionis Britannicæ traditur, quibus consiliis cœpta, ac quo successu ad finem deducta. Additur in fine Dissertatio de *Vsu & præstantia Numismatum*, ad ductum Illustris *Spanhemii* concinnata. (3) *Historia Cycloëidis*, scripta ad Virum Illustris *G. G. Leibnitium*, itidem in tres Sectiones dispelcitur, quarum *primâ*, explosis *Pascalii* Mathematici Galli argumentis, asseritur non *Mersennum*, sed *Galilæum* Linææ Cycloëidalis esse inventorem; Et *secundâ*, non *Robervallium*, sed *Torricellium* Spatii Cycloëidis Demonstratorem esse; *Tertiâ*, quid postea a primis Europæ Geometris usque in hunc diem huic curvæ additum, deducitur. (4) Tractatus Juris Publici *De Jure Principum* continet resolutionem Quæstionis per rationes dubitandi & decidendi, an jus cognoscendi de Feudis regalibus, so einem *Thell gânglich und endlich abgesprochen werden sollen*/ soli Imperatori competat? Tota Juris Principum ætas per certas epochas hîc recensetur, ut cœperit, ut adoleverit, ut quasi ad quandam robustam maturitatem pervenerit, & ut consennerit. (5) Tractatus de *Comitiis Imperii* eâ methodo adornatus est, ut simul Commentarii vicem in Autorem der *Grundfeste des Heil. Röm. Reichs*/ (qui inter Comitilogistas facile princeps) subire queat. Imprimis autem Materię Comitiales tam ordinarię quam controversię ex Actis Imperii ab Autore Ratisbonæ collectis plenius ac quidem hucusque a Publicistis præstitum, dilucidantur. (6) Dissertatio de *causis corruptę Jurisprudentiæ & Eruditione veri Jfi*, ut & Consultatio de *remediis abbreviandarum Litium*, quas paucis foliis primum conceperat, nunc in justum Volumen, titulo *Polyhistoru Legalu* abiere. Ipsum opus dividitur in IIX. partes, cujus prima, scilicet *Polyhistor Juris Romani*, quæ proximo anno Deo volente lucem videbit, aget de Habitu Jurisprudentiæ a primordiis usque ad hæc tempora, de Nævis ejus & Emblematis, de interpretatione Legum & Antinomis, de Jurisprudentia in artem redigenda, de studiis veri Jfi. 7 *Prodromus Jurisprudentiæ Universalis* iis præludet,

quæ majore apparatu in *Pandectis Juris Naturæ & Gentium* promittit, quo in multis, præsertim in ponendis Jurisprudentiæ Universalis principiis, a primis Juris Naturæ & Gentium Doctoribus, ut *Grotio*, *Seldeno*, *Hobbesio*, horumque Affectis divortium facit, quod ipsemet alio loco uberius explicabit. (8) *Supplemento in Bazii Inventarium Historiæ Ecclesiasticæ Sveciæ* valedixit, cum jamdudum in simili argumento versatus Vir Clar. *Claudius Arrhenius ab Örnbielm* Historiographus Regius, cujus Historiæ Ecclesiasticæ prima pars ante aliquot annos prodiiit. (9) *Ottonis Gverikii Experimenta Magdeburgica de Spatio Vacuo*, descriptione Antliæ novæ fabricæ & aliis Naturæ detectis auxit. Inscripta sunt Ill. ac Generoso Dn. a Gverike Confiliario Brandenburgico, & apud Hamburgenses Residenti. Atqui hæc maximam partem non nisi prælum expectant. De iis autem quæ postea in Mathesi, ut & ad præcipuas Leges Pandectarum ex ipsa juris analogiâ secundum methodum interpretandi Leges in *Polyhistore Legali* designatam commentari coepit, alia vice differendi occasio dabitur.

Paralipomena, Syllabo Disputationum *D. Habichborstii*, Prof. Theol. Rostoch. Sen. initio hujus mensis p. 224. sqq. relato inferenda, & quidem post Disp. ejus Inaug. de an. 1671. ante Pen-
tadem Dispp. ex Jure Canon.

(p. 236.)

Pentadecas Disputationum in Augustanam Confessionem, & loca S. Scripturæ quoad materiam articulorum cognata, circa finem an. 1674. & initium seqv. an. 1675. propositarum. I. De *Historia Aug. Confess.* aliisque præcognitis, unâ cum præcipuis de S. Scripturâ quæstionibus Anti-papisticis, Resp. *Georgio Schultzio*, Rost. II. de *Deo Trinuno*, unâ cum succinctâ exegefi loci cognati Gen. III, 22. Resp. *Vlrico Elvers*, Rostoch. III. de *Peccato Originis*, cum exegefi loci Gen. VIII, 21. Resp. *Sam. Nicol. VVagnero*, Rostoch. nunc Past. Ribnicensi. IV. de *Christi Personâ & officio*, cum exegefi loci Gen. III, 15. Resp. *Ioh. VVolfio*, Sverin. V. de *Iustificazione*, cum exeg. loc. Habac. II, 4. Resp. *Ioach. Cothenio*, Grevismol. nunc Past. Meckelb. VI. de *Ministerio Verbi*, & loco Psalmi, LXVIII,

12. 13. Resp. *Ioach. Hemmich/Sverin*, nunc Past. Brenzenf. VII. de *Bonâ Operibus*, & loco Dan. IV. 24. Resp. *Ioh. Sensio*, Neobrand. Meckelb. VIII. de *Ecclesia*, & loco Ps. XIX. 5. Resp. *Jonathane Priestaff/Rost.* IX. de *Mixturâ bonorum & malorum in Ecclesiâ*, cum quæstione ex Num. XXII. & XXIII. de *Bileamo Propheta & Mago*, Resp. *Arpoldo Eoeser/* Stadenf. X. de *Baptismo*, & loco Gen. XVII. 14. Resp. *Daniele Priestaff/Rost.* XI. de *Canâ Domini*, & loco Exod. XII. 11. Resp. *Nicolaus Plate/Kedingâ Brem.* XII. de *Confessione*, & loco Psalm. XIX. 13. 14. Resp. *Andrea Wolter/Stargard.* Meckelb. XIII. de *Penitentiâ*, & loco Ps. LI. 12. 13. Resp. *Ioh. Helmsingio*, Goldinga-Curlando. XIV. de *Ufu Sacramento-rum*, & loco Ies. VII. 9. Resp. *Christoph. Dredio*, Neobrand. XV. de *Ordine Ecclesiastico*, & loco Ps. LXXI. 15. 16. Resp. *Daniele Capfingst/Sverin.* Reliquæ Dispp. quas in cæteris quoque Conf. Aug. Articulis, & loca illis cognata, dictus Auctor proponere voluit, accidenti quodam interveniente sufflaminatæ sunt.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔτας. Claudimus jam Annum I. NOVO-RVM nostrorum LITERARIORUM, eumque meritò obfignamus egregiâ V Cl. *Iac. Aug. Thuani* sententiâ, quæ in literis ipsius Gallicis, an. 1614. d. 2. Jul. ad *Sebast. Tengenagelium*, S. Cæs. Maj. Bibliothecarium, datis, legitur (ap. *P. Lambecium*, Comment. de Biblioth. Cæs. Vindobon. I. I. p. 154.) *Quiconque travaille pour le public, il faut, s' il veut bien s' acquiter de ce qu' il a entrepris, qu' il oublie son particulier, & prefere le jugement de la posterité à la haine & l' envie du present.* h. e. *Quicunque utilitati publicæ rectè studet inservire, eum oportet oblivisci privati commodi, & præferre incorruptum posteritatis iudicium odio & invidia* (addimus, *imperitæ censura*) *présentis seculi.* Quod reliquum est, ii, qui inter eruditos Maris Balthici accolæ, & incolæ Septentrionis, his *Novis Literariis* in posterum aliquid insertum cupiunt, curabunt, ut Libri, Dissertationes, Inventæ, Observationes, Relationes, & similia, ipsorum sumptibus *Lubecam*, ad quoniam alterumve Novorum istorum Collectorem, perferantur.

** ** **